

Nutzungsbedingungen für Online-Angebote der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Die Online-Angebote der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek der Herzog August Bibliothek (<http://digibib.hab.de>) sind urheberrechtlich geschützt und unterliegen Nutzungsrechten. Soweit nicht anders vermerkt, stehen sie unter einer [Creative Commons Namensnennung-Weitergabe unter gleichen Bedingungen 3.0 Deutschland Lizenz](#) (CC BY-SA).



Unter diese fallen online frei verfügbare Imagedigitalisate, Strukturdaten, Volltexte, Daten aus Datenbanken (in der über OAI abfragbaren Form), Ton- und Videodokumente sowie aktuelle Publikationen. Bitte beachten Sie, dass für über die Webseiten der Herzog August Bibliothek angebotene Dokumente Dritter andere Rechte gelten können.

Erläuterung

Die Online verfügbaren digitalen Angebote der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek stehen allen Interessierten weltweit frei unter einer CC BY-SA Lizenz zur Nutzung zur Verfügung. Neben den in <http://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0/de/legalcode> ausgeführten allgemeinen Einschränkungen ist bei einer Nachnutzung Voraussetzung, dass a) der Urheber in der nachfolgend beschriebene Form genannt ist und dass b) das Angebot unter den gleichen Bedingungen, d.h. vor allem frei und unentgeltlich, erfolgt.

- a) Bei der **Namensnennung (BY)** ist Folgendes zu beachten (vgl. CC BY-SA, Abschnitt 4.a und 4.c). In Digitalisaten angebrachte Herkunftsangaben – typischerweise die Fußleiste – dürfen als Nachweis nicht entfernt werden.¹ Zugleich muss auf der Angebotsseite an geeigneter Stelle, in jedem Fall aber innerhalb der Domain des Angebotes ein Nachweis in der folgenden Form angebracht werden: Sofern ein eigener persistenter Link (PURL, URN, etc.) verwendet wird, muss der persistente Link der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek über, unter oder neben dem eigenen persistenten Link stehen.

Im Druck:

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[Persistent URL²]>

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <<http://digilib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>> The image shows the Creative Commons Attribution-ShareAlike (CC BY SA) license logo. It consists of four icons: a circle with 'cc', a person icon with 'BY', and a circular arrow icon with 'SA'.

oder

© HAB Wolfenbüttel: 14 Astron. <<http://digilib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>> The image shows the Creative Commons Attribution-ShareAlike (CC BY SA) license logo. It consists of four icons: a circle with 'cc', a person icon with 'BY', and a circular arrow icon with 'SA'.

¹ Beigefügte Maßstäbe unterliegen nicht dieser Beschränkung und dürfen entfernt werden.

² Zum Zitieren Wolfenbütteler Digitalisate s.: <http://digilib.hab.de/?link=033>

Im Internet (HTML Quelltext):

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> Persistent URL>

oder

© HAB Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> [Signatur]> 

Z.B. Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> [Signatur]> 

Wenn sich auf der Seite eine zusätzliche Angabe zur Autorin oder Autor eines Beitrages findet, z.B. © [Autornname] ist folgende Form einzuhalten:

Im Druck:

© [Autornname]. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <Persistent URL> 

Im Internet (HTML Quelltext):

© [Autornname]. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> Persistent URL oder Signatur> 

Z.B. © Flemming Schock. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> 

- b) Bei der Bereitstellung unter **gleichen Bedingungen** ist zu beachten, dass das Werk *frei, unentgeltlich* und im Geiste der *Förderung der Kultur und Wissenschaften* zur Verfügung gestellt werden muss. Sofern dies gewährleistet ist, ist auch eine kommerzielle Nutzung, z.B. in der Wikipedia oder einem Open Access, unter CC BY-SA publizierenden wissenschaftlichen Verlag möglich. Nicht unter diese Lizenz fallen typische kommerzielle Produkte wie Verlagszeitschriften, die Nutzer kostenpflichtig erwerben müssen, zugangsbeschränkte Online-Angebote sowie Nutzungsarten, die ausschließlich auf Werbung oder andere nicht-wissenschaftliche Zwecke zielen. Für alle zuletzt genannten Fälle muss eine kostenpflichtige Sondernutzung vereinbart werden.

Nicht frei über die Homepage der Bibliothek verfügbare Angebote unterliegen gesonderten Nutzungsregeln, die von der Auskunft der Bibliothek (auskunft@hab.de) erfragt werden können. Im Übrigen gilt die Benutzungsordnung für Landesbibliotheken und die Gebührenordnung für die Bibliotheken des Landes Niedersachsen in der jeweils gültigen Fassung in Verbindung mit dem Niedersächsischen Verwaltungskostengesetz.

HERMANNI CONRINGII [Conring] 9.
INTRODVCTIO IN
NATVRALEM PHILOSO-
SOPHIAM
ET
NATVRALIVM IN-
STITVTIONVM

LIBER I.

Quibus præcipue vera ac Aristotelica, cum
philosophandi ratio, tum doctrina de Or-
tu rerum ex materia, illu-
stratur.




HELMESTADII

Excudebat HENNINGVS MULLERV

CLO 12-C XXXIX.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



INTRODVCTIO
IN
NATVRALEM PHI-
LOSOPHIAM

CAPUT I.

*De huius scientia natura ac consti-
tutione.*


THESSIS I.

Naturalem philosophiam compen-
diò traditori, non abs refacturi forte
sumus, si quæ ad ejus ~~traditio~~ perti-
nent breviter præmiserimus. Appel-
lamus autem ~~traditio~~ Aristotelico mo-
re, eam omnem doctrinam, qua, uti consequearis
hanc scientiam, instructus esse debes. Illa autem est,
quæ tradit modū qui in naturalis philosophiæ inqui-
sitione est observandus. Omnino autem illâ sit in-
structus oportet idoneus hujus philosophiæ audi-
tor: utpote cùm hic debeat iudicare rectè an secus
magister demonstret. Qui enim id iudicio nequit di-
scernere, ut nullius alterius scientiæ, nec hujus est
~~enim~~ ~~anergam~~. Instructus autem esse debet ~~traditio~~ ista
scientiam aggressurus: non verò in mediis de-
num hujus philosophiæ exercitiis illam querere.

A 2

Bene

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



I. 2. Me-
taph. cult. Bēnē enim Aristoteles: ἀντροὶ ἄνα ξηπίν θεσμόν τοι
τεχνῶν θεσμόν. Itaq; ut idem recte: δέι πεπισθέσαι πάντας
τηλεῖν διποδεκτόν. Etsi verò communior ~~τελείωσις~~, quam
Logicam universalem nuncupat Averroës, idem
planè sit cum Analyticā doctrina, adeoq; hīc reperti
nequaquam debeat, specialior tamē hīc alibi quam
hīc tradi commodius non potest. Qnod & ipsum in-
nuit Averroës, & cum ab aliis viris doctissimis tum
ab ipso est Aristotele observatum.

II. Prius verò quam naturam explicemus hu-
jus doctrinæ, observandum quid Naturalis sci-
entia vocabulo appellemus. Solet enim pañim hīc
nostra doctrina appellari, aut uno vocabulo φυσική,
Physice Latinis: Aut verò multis, η τε Φύσις θε-
σμόν, scientia naturalium, item scientia naturalis,
philosophia deniq; naturalis. Itaque, ne qua sub-
fit ambiguitas, intelligimus istis vocibus illam scien-
tiām quā non agit de aliquibus tantum naturalibus
rebus, metallis inquam aut plantis, aut animalibus,
sed omnino de omni eo quod naturale est
aut dici potest. Vt omnino, quum aliae scientie cir-
cā integrum aliquod genus scibile versentur, aliae
partem tantum ejus aliquam sibi capiant, per hanc
doctrinam intelligamus scientiam aliquam non hu-
jus sed illius ordinis.

III. Isto verò sensu semper ab antiquissimis
usq; temporibus voces illæ sunt usurpatæ. Quo ap-
paret risu poti⁹ quam justa refutatione dignum quod
tradit Franciscus Verulanius l. 3. de Aug. Scient. c. 4. V-
bi enim naturalem philosophiam in speculativam
atq; operaticem divisisset, illam partitur in physi-
cam specialem & metaphysicam. Quarum illa verse-
tur

tui circa causas efficientem & materialem, hæc circa formam & finem, imò circa omnes affectiones naturales, quæ quasi per abstractionem possunt considerari, ut de coloribus, levitate, gravitate, raro ac denso, & similibus. Ut enim alia nunc taceam, ridiculum atq; inanè est naturalem philosophiam genus physices atq; metaphysics constituere: per physicam porrò non nisi partem aliquam ejus intelligere: parrem deniq; naturalis scientiæ transnaturalem appellare: contra receptam horum vocabulorum acceptionem. Certè insanix est proximum, hisce novitatibus acumen ingenij velle ostentare: proque excusanda tanta insolertia convitiis proscindere antiquitatem. Sicut sanè Verulamius nihil aliud hic assert quam acerbissimas in Aristotelem invectivas.

IV. Cæterum hæc quoniam levia sunt ac vulgata, nō est quod nos detineāt. Initio vero potius inquirendū, qualē licet naturaliū rerū cognitionem comparare, & qualem nos habeamus propositam. Namq; Heraclitus Ephesius ejusq; discipulus Cratylus, imò & multi alij negarunt olim rerum naturalium certam posse cognitionem haberis, caussati incertitudinem earum & mutabilitatem. Omnes enim res naturales ita in perpetuā esse mutatione, ut ne idem quidem equus ex. gr. possit egredi torrente qui ingressus est. Rei autem incertæ & mutabilis nec certam esse cognitionem posse. Verum hunc illum errorem jamdudum optimè Aristoteles confutavit. 4. Metaph. c. 5. Scilicet etsi singularia mutationibus sint obnoxia, non tamen Universalia. Universalia autem contemplatur scientia. Deinde nec singularium rerum in tanta est mutabilitas quantum



suæ sententia prætexuit Heraclitus & Cratylus , et
iam si loqui velis de rebus sublunaribus, quæ maximè
sunt mutationibus obnoxiae. Iam vero constat cœ-
lestia corpora parvas mutationes tantum pati, quæ
tamen hujus mundi magnam partem constituant.
Porro aut certò nonnulli homines res omnes ita es-
se mutabiles aut non. Si non, ergo aliqua saltim
rerum naturalium datur certa cognitio; nempe o-
mnia esse mutabilia. Sin vero, ergo nec suæ fuerunt
opinio[n]is certi.

V. Etiam hoc ergo constitutum esto, esse ali-
quam naturalium rerū certam scientiam ac cognitio-
nem quæ ingenij viribus possit comparari. Id quod
sanè docet experientia. Namq[ue] plurima per cer-
tam argumentationem innotuisse qui negaverit, ille
aut non legerit vel elementa hujus doctrinæ oportet,
vel nescit quid sit certa argumentatio.

V I. Quoniam autem quæcumque cognoscun-
tur, aut per sensus nobis innotescunt, aut intellectus
discursibus, non dubitandum est utroque modo res
naturales cognosci posse. Namque & hoc docet ex-
perientia. Neque est hodiè temere quisquam quid
negaverit. Est autem duplex ratio certæ intellectivæ
cognitionis quæ per discursum sit. Alia sit enim in-
ductione: alia demonstratione. Quarum utramque
habere locum in naturalium rerum contemplatio-
ne, nō minus quam superiora isthæc experientia atq[ue]
usus probat. Vnus tamen Verulamius ita videtur
demonstrationes tollere è medio, ut propemodum
nihil certi crediderit haberi posse quam per solam
inductionem: itaq[ue] circa ejus a rtificium omne suum
Novum quod inscripsit Organum occupavit. Ast
quam

quām procul ille à vero ablutus sit, omnes possunt mathematiæ scientiæ ostendere : quibus nihil certius est, quum tamen nunquam inductionem usurpent. Porrò rerum naturalium quoque demonstrationes certissimas reperi quamplurimas, non utiq; negantur; si tantum quid sit demonstratio intellexisset.

V. I. Quanquam verò hæc ita se habeant, nos tamen nunc neque eam quæ sensibus sit, neque eam quæ inductione contingit, sed quæ demonstratione comparatur, naturalium rerum scientiam potissimum habemus pròpositam. Est enim hæc omnium nobilissima ac perfectissima, ut optimè demonstravit Aristoteles *1. poster. c. 31.* Et sanè operâ maximè dandam, ut hanc in primis consequamur, facile patet: nostrum verò fuit nunc, accuratiū paulò naturâ ei scientiæ expositâ, viam quâ ad illam itur brevibus commonstrare.

IIX. Sunt autem in omni scientia demonstrativa tria potissimum, quæ omnem ejus naturam constituunt. Primò, *Genus subjectum*, & quicquid sub illo genere comprehenditur : Secundò *Affectiones* demonstrandæ de subiecto illo : Tertiò *Principia*, ex quibus confluunt demonstrationes. Itaque quo patet clarius natura nostræ quoque hujus scientiæ, de tribus illis quomodo sechic habeant, seorsim agendum est.

IX. Etsi verò jam supra dictum sit, res naturales omnes Physicæ esse considerationis, arramen paulò accuratiū etiam hic forte dicendum, quo nomine proprio illud genus sit appellandum, præfertim quæ ea de re disputent viri doctissimi. Avicenna enim quæ Albertus Magnus & multi alii sequuntur, corpus naturale,

naturale: Thomas cùm affectis Ens mobile: Scotus substantiam naturalem: Barantzanus Ens materiae, subjectum constitunt scientia naturalis, atque ita quidem ut quisque suam tantum sententiam probans alias damnet. Primo autem ponendum naturale ac mobile unum idemque significare: ut sive hoc sive illo utaris vocabulo perinde sit. Notandum deinde, scientiarum subjectum aliud esse primarium aliud secundarium. Primarium appello, de quo potissimum affectiones proximae demonstrantur: Secundarium autem, quod quidem proprias habet affectiones, cum tamen pars sit aut affectio primarij subjecti, necessariò ejus quoque natura cognoscenda est quo subjectum illud principale planè atq; omnino intelligatur. Denique & hoc ponendum: In scientia aliqua nullo modo demonstrari de subjecto quod sit, sed id extra controversiam esse.

X. Ex his vero consequens est Primo, sine causa nonnullos scrupulosè disputare, sine potius dicendum mobile ac naturale. Secundo: non accuratè satis loqui illos qui corpus naturale aut mobile constituunt subjectum genus hujus scientiae, quum id quod mobile vel naturale est, esse corporeum, in ipsa hac scientia debeat demonstrari, uti rectè disputat Thomas. Tertio patet hinc, eodem virtute & Barantzani sententiam laborare: materiae enim esse quod mobile est, similiter demonstrandum est. Quartò, cum mobilis propriè sit sola substantia composita, mobile item ac naturale idem sit, liquet etiam, nec Thomam per Ens mobile aliud quid propriè posse intelligere quam substantiam mobilem vel naturalem, coque sine causa hic subtilem esse Scotum, nullamque

Samque esse hactenus quidem inter Thomam ac Scotum nisi de verbis litem.


XI. Itaque haec quidem sententiae omnes facilis negotio possunt componi: nisi quod expressius patitur loquantur, qui substantiam naturalem vel mobilem adferunt pro genere subjecto. Nec tamen quidquam horum est unicum atque integrum subjectum omnium demonstrationum Physicarum. Namque & multa de materia ipsa, de loco, de tempore, de moro, de coloribus, lumine aliisque demonstrantur in Physicis, quae proxime sane ad substantiam naturalem non pertinent. Ceterum quum tamen per Physicam intelligi certum sit scientiam de mobilibus aut naturalibus rebus, mobile autem esse propriè sit substantia, liquet utique primarium hujus scientia subjectum esse substantiam naturalem: non nisi secundarium verò esse omnia illa quae substantiae naturalis quatenus est talis vel partes sunt vel affectiones. Id quod & Aristoteles fecerit expressissimè. I. de caelo c. i. inquiens: οὐδὲ φύσις θεῖται οὐδὲ λεῖται φάνεται οὐδὲ τὰ σύμβατα καὶ τὰ τούτων δοῦλη τὰ μηνός. ἐπεὶ οὐδὲ τὰ δράχα, οὐδὲ τὰ ποιῶντας τούτα εἰσί. τοὺς γὰρ φύσης συνεργάταν τὸ μηδέποτε μαθαίνει, τοῦτο οὐκέτι μεγάθει, τοῦτο δέχεται τὸ κόντραν εἰσί.

XII. Omnia ergo mobilia vel naturalia quæcunq; etiam illa fuerint, item partes passionesq; mobilium, subjectum constituant physicarum demonstrationum. Quo manifestum sit quid sit sentiendum de illa quæ inter S. Thomam ac Scotti aseclas est controversia, de Angelis: sintne & illi Physicæ considerationis, quod illis negantibus hi affirmant. Si enim verè moventur angeli de ubi in ubi, quod Scotus n-

B

titur

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



titur probare 2. sens. diff. 2. q. 5. Aristotelem etiam facile invenerit ille sibi assentientem, pertinere doctrinam de angelis ad Phyticam. Etsi enim Aristoteles Intelligentias, ut quæ moveant quidem non autem moveantur, à naturali scientia excludat, passimque substantiam à materia abstractam ad Metaphysicas contemplationes scribat pertinere: non tamen idem de Angelis scripsisset, si illos habuisset cognitos, aut cum Scoto illos de Vbi in Vbi moveri credidisset. Nequaquam enim opinandum est Intelligentias Aristotelicas esse illas substantias quas Angelos appellamus. Procul dubio vero si cum Scoto verum motum Angelis attribuisset Aristoteles, eisdem assertipisset & corpoream aliquam molem, & materiam non quidem illam quæ transmutationis est subjectum, loco mobilem tamen.

XIII. Verum enim vero moveantur verè angelis nec ne, non est hujus loci disquirere. Itaque haec genus quidem incertum est ad quam scientiam illorum contemplatio pertineat. At vero certum est Physici esse unius non simplicem tantum corporum hujus mundi, sed etiam metallorum, lapidum, planitarum, animalium, coelestium omnium, terrestrium & subterraneorum scientiam investigare. Ut nulla sit scientia humana quæ æquè late patens objectum habeat. Etsi enim divina sine dubio pateant latius, maxima tamen illorum pars humanum captum exsuperat.

XIV. Ac subjectum quidem hujus scientiæ inter se habet: proximum est ut de demonstrandis affectionibus nonnihil dicamus. Quoniam vero ex Analyticis constat Affectiones illas tantum in scientia qual-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

0
1
2
3
4


Gray Scale



qualibet demonstrandas esse quæ primò & per se insunt
subjecto: apparet nec alias affectiones in Physicis esse
considerandas quam quæ substantia naturali per se
insunt. Habent autem hic locum duo potissimum
modi per se inesse, ut itidem Analytica nos docent.
Prior modo Substantia naturali ea insunt per se,
quæ definitionem ejus ingrediuntur. Quomodo
patet ergo omne quod naturale est, vel principium
aut causa est rerum naturalium seu mobilium, in Phy-
sicis sub demonstrationes venire. Altero modo, o-
mnia illa huc pertinent quæ definitionibus præce-
dentiū affectionum comprehenduntur vel ad illa-
rum essentiam quoquomodo pertinent. Ex gr. quæ
pertinent ad naturam colorum, saporum, tactiliumq;
qualitatum, loci item ac temporis. Sunt enim haec
omnia affectiones primo ac secundo modo dicendi
per se substantiis naturalibus inhærentes.

XV. Ex quibus pater, nihil ad hanc scientiam
pertinere quod non modo aliquo ad motum perti-
net, adeoque res mobilis aut motus ipse est, aut affe^cti^o
mobilis aut causa seu principiu vel alicujus motus vel
affectionis alicujus mobilis. Igitur nec omnia sumet
sibi Physicus consideranda, quæ quoqu modo in-
sunt naturalibus corporibus, sed quæ illis modis in-
sunt quos adduximus. Non ergo de puncto, de soli-
do, de linea, de triangulo, quadrangulo, aget, et si illa
alibi non existent quam in solis naturalibus corpori-
bus. Potest enim horum natura explicari ne cogi-
tante quidem intellectu de motu aliquo, & motuum
vicissim naturalium natura non attendente intelle-
ctu illorum essentiam. Quo ipso in errorem olim
prolapsū sunt Pythagoræ discipuli. Quid enim vi-
B 2 dcent

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



derent quantitates eum continua tum discretas ita abstracte posse considerari, etiam reapse abstractas à materia subsistere illas esseque substantias sunt arbitriati.

XVI. Etsi verò Physici non sit essentiam illarum quantitatum indagare, sed Geometræ & Arithmetici, attamen de iisdem agendum ipsi est quatenus sunt termini naturalium corporum. Hactenus enim sunt attributa per se corporum naturalium. Itaq; & unius Physici est ex. gr. differere de figura crystallorum hexagona, omniumq; partium organicarum variâ conformatioне: cur isthæc ita sese habeant, quæ horum effectrix causa, quæ materies. Imo unius Physici est simpliciter de quantitate agere quatenus illa dicit terminum naturalium corporum: quum contra Mathematici illam considerent ut secundam aliquam substantiæ speciem.


XVII. Ex quib; liquet etiā discrimen quod est Physicum inter & Astrologum vel Opticum. Nam tam eti & Astrologus magnitudinem ac figuram corporum cœlestium contempletur, eoq; non figuram simpliciter sed hujus corporis considereret, idem q; faciat & Physicus: idem tamen non eodem modo considerant. Physicus enim isthæc scrutatur ut affectiones corporis mobilis, Astrologus uti corporis alicuius certo intervallo à nobis disiuncti. Vti peregregie docet Geminus Geminus, seu potius ex Geminio Posidonius apud Simplicium l. 2. Phys. comm. 12. Quæ verò Astronomi eadem ratio est & Optici qui lineam in visu positam, & Musici qui numerum qui inest sono contemplatur. Quare & omnes hi non utuntur principiis

cipiis Physicis sed mathematicis, uti notissimum est; adeoq; Opticus ex-gr. ea tantum sumit sibi demonstranda qua ex geometricis principiis possunt deducij: alia verò Physico relinquit. Vnde manifestum sit rectè dixisse Aristotelem *i. Analyst. poster. c. 8. de iride* Physici quidem esse demonstrare $\tau\ \bar{\epsilon}\eta$, $\tau\ \bar{\delta}\bar{\iota}\bar{\omega}\bar{\nu}\bar{\epsilon}\bar{\eta}\bar{\omega}\bar{\zeta}$ $\bar{\eta}\ \bar{\alpha}\bar{\pi}\bar{\lambda}\bar{\omega}\bar{s}\bar{\eta}\ \bar{x}\bar{\iota}\bar{r}\bar{\eta}\ \bar{u}\bar{e}\bar{d}\bar{\eta}\bar{\mu}\bar{\alpha}\bar{s}$, quod sc. posterior speculatio ex principiis Physicis institui nequeat.

XVIII. Cæterum quomodo quantitatis scientia pertinet ad Physicam, quomodo verò ad Mathematicos sive eos qui quantitatem in abstractio considerant sive illos qui *cu_m w_{g_o}θ_oτ_ow_c*, hinc liquet. Vult autem Simplicius quidem *hb. 2. Phys. comment. 13.* omnes planè formas naturales. Themistius verò *I. 4. Phys. 1. 36.* quiq; hunc sequitur Marcus Antonius Zimara in *Tab. v. abstractio albedinem & nigredinem non initius posse absq; omni motus principio mente considerari ac illa entia mathematica.* At primum sane falsum est: qui enim vel animalis naturam possis animo concipere nisi potentiam sentiendi simul concipiatis, qui intimè dicit motum aliquem? Albedinem item & nigredinem vix est ut quis sine motu concipiat. Certè si quid de formis naturalibus aut albedine ac nigredine potest per abstractionem mathematicam percipi valde id leve est neq; ad Physicam ullo modo pertinens. Universalior quippe tractatio de formis non agit proprie de formis naturalibus: quare illa quidem metaphysica tota est atq; ab Aristotele uberrimè docetur metaphysicorum *I. 7. & 8.* hæc verò tota itidem Physica est. Neque verò Physicus omnem formatum investigationem debet negligere cum antiquissimis illis Physicis Democrito, Empedo-

B 3 cle

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



cie & aliis quos eo nomine recte reprehendit Aristoteles *l. 2. Phys. l. 1. de partib. animal. & l. 1. Metaphys.* nec omnem etiam sibi soli vindicare, sed illam quidem quæ motum involvit occupare, aliam omnem omittere; uti præclarè docetur, *l. 2. Phys. c. 2.*

XIX. Omnia ergo quæ in Physicis demonstrantur in sua essentia motum aliquo modo includere certissimum est. At si motum includunt, non possunt etiam ceu à materia abstracta intelligi. Quod quum apud Aristotelem legissent virti doctissimi, minus recte tamen plerique haec tenus probaverunt. Non est autem ejus enunciati alia probatio quam hæc ipsa à nobis allata. Scilicet quæcunque mouentur in quantum moventur materiam habent; quæ vero non mouentur materia carent, uti infrà patebit clarius. Ergo ad quorum essentiam motus pertinet, ad eorum essentiam pertinet etiam materia. Est vero hæc argumentatio ipsa illa quam usus est Aristoteles. Quum enim *6. Metaph. c. 1.* dixisset, nullas Physicas affectiones esse abstractas à materia, sed habere se ut similitatem quæ definitur nisi curvitas, addit: ἀλλὰ τοις οὐκ εἰσὶν αὐταῖς, αἱ δὲ τὰς φύσεις ὑπόθεσις. Alibi passim quæ abstracta à materia appellat eadem abstracta vocat à motu.

XX. Quod si vero essentia Physicarum rerum absque motu & materia intelligi non potest, utique nec definiri absque illis possunt. Est enim definitio oratio essentiam exponens. Nec tamen per solam materiam definitiones Physicæ debent fieri, quod nimis inconsideratè multi affirmant, decepti pravâ interpretatione dicti alicujus Aristotelici quod habetur *l. 1. de An. c. 1.* Neque enim sola materia essentiam



tiam naturalium rerum absolvit, sed potissimum ejus
forma est. Tum verò nihil alienius est ab Aristoteli-
cā philosophiā, quām per solam materiam exponere
naturalium rerum essentiam; uti accuratissimē docet
Celsus Mancinius integrō cap. 8. elegantissimā de Ri-
su ac ridiculo disputationis. Ex materia scil. atque
formā constare debent definitiones Physicæ: suntque
λόγοι συνελημένοι μετὰ τῆς ὕλης, ut loquitur Aristoteles.
Id quod non tantum in concretis est observandum,
verū etiam in abstractis: quorum definitiones hīc
non nisi πλάσται differunt. Simitas enim est curvitas
nasi: simum est nasus curvus: anima sensitiva est prin-
cipium sentiendi in corpore organico vivente; ani-
mal est corpus vivum organicum potentia sentiendi
præditum. Verū hæc & alia quæ hactenus de dif-
ferentiis Physicæ ac Mathematicæ, definitionibꝫ et
iam Physicis attulimus, quoniam ab ipso sunt Ari-
stotele 2. Phys. 6. Metaph. l. 3. de anima, & alibi exactè
tradita, non est quod nos amplius morentur.

XXI. Consequens est uti nonnihil & de prin-
cipijs illis addamus, ex quibus Physicæ demonstratio-
nis confieri debeant. Quoniam verò ex Analyticis
notum est, omnem demonstrationem principiis pro-
prijs constare oportere, propria autem esse quæ per se
insunt, eodemque sunt cum demonstrandis affectio-
nibus genere; liquet etiam omnia Physicæ principia
de rebus mobilibus & motu esse. Talia enim sunt
affectiones omnes demonstrandæ. Quæcunque is-
taque propositiones nihil de motu aut re aliqua mo-
bili enunciant illæ etiam à Physicis demonstratio-
nibus excluduntur. Ex quo tamen non est conclu-
den-



dendum, non posse Physicum uti principiis illis communissimis metaphysicis, ut isto: *impossibile est rem eadem esse simul & non esse*: Vt enim & illis potest sed non amplius ut communibus, verum ut iam suam, usque ita loquar, in domum translatis. Fit nimirum ex primo illo principio quod antea adduximus, Physicum principium si contrahas illud ad res mobiles, in hunc modum: impossibile est ut res eadem moveatur & non moveatur. Itaque ita utitur Physicus *nisi novis rationibus* ut loquitur Aristoteles *l. 11. Metaph. c. 4.*

XXII. Porro constat itidem ex Apodicis, demonstrationem omnem non ex proprijs tantum, verum etiam ex primis principiis extrinsum. Non quidem quasi proxime semper demonstratio fiat ex primis & immediatis, sed quod tamen iis innitatur demonstratio. Itaque pater etiam, et si interdum Physicus demonstret ex principiis quae ipse jam demonstravit, esse tamen ipsi alia quedam principia indemonstrabilia, ac quorum veritas alio planè modo innotescat. Idem enim est si dicas principia prima, aut immediata, aut quae citra omnem demonstrationem intelliguntur. Quae tamen principia prima non sunt (quod multi perperam credunt) omnium illa universalissima axiomata, à *διάγνωσις την οντότηταν προσέπειν*, ut verbis yrar Aristotelis *l. 1. poster. c. 2.* illa enim jam antea diximus ex parte ne numerari quidem posse inter demonstrationum Physicarum principia. Sed intelliguntur principia indemonstrabilia propria huic generi, adeoque indemonstrabilia omnia enunciata de rebus naturalibus seu mobilibus. Omnis nimirum propositio immediata aut indemonstrabilis de

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



lis de re naturali quid enuncians, principium primum ac primum est hujus scientia.


XXIII. At quum omnia qua certò cognoscuntur nec tamen demonstratione redduntur manifesta, per inductionem innescant, quumque inducio sit ratiocinatio illa qua principia scientiarum probantur, ut peregregiè docet Aristoteles l. 2. post. e. alii. patet nec principia demonstrationum Phisicorum aliter quam per inductionem posse intelligi. Inititur vero omnis inducio experientia, ut haec sensibus. *Fit enim hominibus experientia ex memoria. οὐ γὰρ πόλλα μνήμης ἔχειται περί φυσικῶν οὐδὲ μάθησις δύναται διδασκαλεῖσθαι: quæ verba sunt itidem Aristotelis l. 1. Metaph. c. 1.* Qui 2. post. e. ult. inquit in eamdem sententiam: *ἔπειτα εἰναι αὐτοῖς σωματικοῖς γνῶσισι μνήμην· εἴ τοι μνήμης πολλαῖς οὐτοῖς γνωμένης επιτείχειται· οὐ γὰρ πόλλα μνήμης τοῦ διενθεμοῦ επιτείχειται.* *Paulus Moxaddens;* ut quidem scriptum in antiquissimo libro, paulo quā vulgo legitur melius, inventum Octavianus Ferrarius l. sermonib. extor. *ἔπειτα εἰμιτείχειται, περιμέτροι τοῦ παθόλου τοῦ Πυρχοῦ, οὗ εὸς πορφύρα τοῦ πλάνη, οὗ ἐν ἀπαντησι καὶ εἰκόνι τοῦ πυρχοῦ τοῦ πλάνη.*

XXIV. Ab experientia scilicet dependet omnium principiorum cuiusque artis ac scientia cognitione. Quod ipsum & primò Prior. Analyt. tam elegantibus verbis docet Aristoteles, ut non possimus illa non hic recitare: *τας μὲν δέχαστας φυσικασιν επιτείχειται περιφράσια, λέγοντες, οἵοι τοιούτους αἰρετούσιν επιτείχειται, τῆς αἰρετούσιν οὐτισμούς. ληφθέντας γὰρ ικανός τοῦ Φαινομένων γάτος εὑρέθησεν οὐ λεπτολεγματα παρατίθεται. ομοίως τοῦ καταπλάκου οποιασδεν ἔχει πέχηται τοῦ οὐτισμού.* Ab experientia ergo naturalium rerum, & non aliunde, naturalis

C

scien-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



scientiæ principia petenda sunt. Et quidem quum alia scientiæ pars de metallis & lapidibus, alia de plantis, alia de animalibus, alia de coloribus, alia de sapotibus, &c. agat; cujusque partis propria principia ab sua quâque experientiâ sunt expectanda.

X V. Quum verò ad scientiam pertingere non liecat nisi ante cognitis principijs scientiæ planum quoque est neque ad Physices cognitionem posse quem pervenire nisi ante experientia sit instructus: omnium quidem rerum naturalium, si integrum scientiam planè cupiat perspicere: harum verò aut illarum, si seorsim harum tantum aut illarum rerum scientiam desideret. Historica ergo cognitione adferenda est, ut scientiam tibi compares. Est enim idem, sive experientiam sive historicam dixeris cognitionem. Id quod in doctrinâ de animalibus observans Aristoteles, laudat l. i. de partibus animalium. etiam istud in doctrinâ morem Astronomis suetum, ἐν περὶ τὸν Φαντάσιον τὰς ἄλλια τέταν λεπτέον: exsequitur idem omnibus libris quibus historiam animalium est persequutus: tradunt enim illi libri principia scientiæ de animalibus. Quare etiam l. i. Historia hæc in verba prorumpit: περὶ τὰς Ἐπαρχίους Διεύδορας ή τὰ συμβενόντα πτοι λάθαντα. μη δὲ τὰς αἵτιας τάταν περιγράφειν. ὅταν γάρ οὐτε Φυσικὸν διεύ πιεῖσθαι τὸν μεθόδον, Ἐπαρχίους τῆς ισοργας τὸν εἰδέχεταιν τοῦτο το γάρ Εἴτε ἡ εἰναγδεῖ τὸν δοκιμήν, τέταν γένεται Φαντασία. Quæ igitur doctrinæ de animalibus eadem & omnium aliarum rerum naturalium ratio atque conditio est. Scilicet & harum historia adferenda est, quo scientiam earum consequatis.

XXV. Ex

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Gray Scale

0 1 2 3 4




XXVI. Ex quibus claram fit, frustra esse o-
mnis qui ad naturalis hujus Philosophiae apicem
aspirant, aut illam sese jam obtinuisse credunt, cum
aut nullam aut raram admodum habeant rerum ex-
perientiam. Adeoque multum quoque fallere &
falli eos, qui adolescentibus audent perfectam Physi-
cæ cognitionem polliceri: quum tamen in ætatem
illam usus rerum non cadat. Quantò autem re-
gius scribit Aristoteles l. 6. Nicom. c. 9, cùm dixisset
juvenes destitui prudentia $\Delta\phi\alpha\kappa\epsilon\lambda\alpha\zeta$? Illud etiam con-
sideratione dignum viderur, quid sit quod puer fieri mathe-
maticus posse, Sapiens aut Physicus non posse. An quia illa
per abstractionem sunt, horum autem principia ab experien-
tia sumuntur: Et hec non credunt quidem juvenes, sed di-
cunt: illorum verò unumquodque quid sit baud latet. Scili-
cer, ut hunc locum elegantissimè $\Delta\phi\Phi\acute{e}\lambda\zeta$ is qui
Andronici nomine circumfertur: De naturalium re-
rum principiis ac simpliciter de ipsis naturalibus licet lo-
quuntur juvenes, accuratam tamen eorum scientiam non
habent, neque credunt ea. Mathematicorum autem credun-
tia: certam enim eorum cognitionem habent $\Delta\phi\tau\omega\mu\acute{e}\nu\acute{s}$ $\tau\acute{e}\nu\acute{s}$ $\alpha\acute{u}r\acute{u}v\acute{s}$ $\lambda\acute{o}\gamma\acute{s}$.

XXVII. Vbitamen notandum, quemadmo-
dum ad Mathematica addiscenda levis satis est expe-
rientialis, & quali possit esse puer præditus, ita & com-
muniorem partem naturalis scientiæ non requiri-
re operosum rerum usum, sed facili negotio & illum ab
adolescente aliquo sagacis ingenii posse comparari.
Cerrè quælibet pars Physicæ non æquè difficultem ha-
bet historiam atque perindèlatè patentem: sed ani-
malium quidem historiæ difficillima est comparatu;

C 2 facilius

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



facilius autem plantarum, & haec facilius metallorum, lapidum, aliarumque rerum, ut potest quae res non tam multas habeant diversas differentias quam multae in animalibus reperiuntur. Igitur totius quidem Naturalis Philosophia ~~in~~ ^{de} ceteris ~~et~~ ^{ex} causis o*n* verbis, uti Aristoteles loquitur de civili prudentia: quantum communiora possit recte audire & dijudicare, nihil prohibet. Quin nec reliqua illa sine fructu suo insigni potest tractare: si tantisper ~~rebus~~ ⁱⁿ modis loco habeat principia authypotheses, quibus videt optimos quosque uti, donec per ~~statem~~ eorum veritatem ipsemet possit experiri. Quin imo majore iudicio historiam rerum naturalium poterit aut ipse observare aut ab aliis observatam legere, si non nullam jam operam posuit juvenis in audiendis vel legendis optimis magistris, qui demonstrationes solent adhibere. Quemadmodum & alibi de auditore civilis prudenter a nobis est disputatum.


XXVIII. Ceterum quod subjectum, quae affectiones, quae principia obtineant in hac scientia; ex his manifestum est. Quoniam vero omnes demonstrationes Physicae de rebus mobilibus sunt, arque ex ejusmodi quoque principijs exstruuntur; manifestum itidem est, non esse a Physico expectandas demonstrationes tam accuratas qualies in mathematicis possunt ac debent exhiberi. Namque haec quoniam abstracta sunt ab omni materia ac mutabilitate, ideo semper uno eodemque sece modo habent; adeoque demonstrationes mathematicae utpote ex tam immotis ac necessariis principijs deductae omnium sunt accuratissimae ac certissimae. Contra autem Phy-

Physica omnia materiam habent ac mutationibus sunt obnoxia; usq; adeò ut illa credantur secundū na- turā sese habere, quæ plerumq; vel uno eodemq; sese modo habent. Itaq; nec omnia Physica principia simpliciter semper & omni loco, sed ut plurimum suam habet veritatem. Quo portò sequitur; illas quo- que demonstrationes esse bonas in Physicis quæ pro- nuociant non quid semper sed quid plerumq; saltim soleat evenire. Observatum autē etiam hoc jamdudū est Aristotelī, quapropter & l. i. minore Metaph. c. ult. in hæc verba loquitur: Τὸν δὲ ἀκριβολογίας τὸν μαθηματικὸν γνῶντες οὐ πιστεύουσιν αὐτοῖς τοῖς μη ἔχοντι σόλην. διόπτες καὶ φυσικὸς ὁ τεῖχος· απέστειλος δέ τοις οὐ φύσις ἔχει σόλην. Post il- lum docuit idem peregrediē paraphrastes ille Græcus Ethicorum cuius nomen ignoramus, nunc autem multis audit Andronicus Rhodius, l. i. c. 3. Scilicet quum alia demonstrationes fiant ex principiis abso- lutè necessarijs, alia ex iis quæ ut plurimum sunt ve- tata, (quod recte dicitur l. i. posterior c. 25.) Physica per- frequenter non illis sed his utitur.

XXIX. Quanquam ergo noui cōm̄ quis in Phy-
sicis tractationibus ἀριθμοῖς inveniat, quam in Ma-
thematicis, non tamē id vitio verti debet illi qui
docet. πάντα δὲ μέτρα γράμματα τοσαντα τὸν ἀκριβεῖς θεωρήσειν
καὶ πιστοῦ γένετο εἰφέντας ηδὲ περιγραμμένα. Φύσις θεωρήσεις.
Iam verò majorem ἀριθμοῦ Physicum argumentum
non admittit. Cavendum autem etiam atque etiam
est, ne hasce demonstrationes quæ ex principiis
fiant plerumque veris cum dialecticis proba-
tionibꝫ credat quis idem esse: aut hinc quibusvis argu-
mentationibus probabilibus pallium querat: quod

C 3 nimis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



gimis multi faciunt. Magna enim horum differentia est: ut ex Analyticis atque Topicis constat: ad eò ut illa Scientiam hæc tantum opinionem pariant.

XXX. Ac ex iis quidem quæ hastentis attulimus, quo ad veram ac non fucatam Sophisticamque naturalium rerum scientiam modo liceat pervenire, clarissimum est. Est autem hic modus planè unicus: ut frustrâ sit, qui aliam velit viam eligere. Quo igitur usque demonstrationes non possunt pertingere, ejus nec scientia datur. Non possunt autem demonstrationes aliò pertingere quam quod & sensus possunt. Ex sensu enim perceptis per inductionem principia demonstrationum innoteantur, ubi autem principia demonstrationum deficiunt, necessariò ibi deficiunt & ipse demonstrationes. Ergo nec eorum quæ à sensibus sunt remotissima dari scientia potest, satis esse homini debet, si de illis tantum probabile quid possit adferri. Conandum tamen est saltim probabile quid adferre cum demonstrationes non possis: neque hic conatus temeritatis statim accusandus. Benè enim scribit Aristoteles, ἀλλες δέ τις εἶναι τὴν προθύμιαν μᾶλλον ἡ θεάσις, εἴ τε διὰ τὸ Φίλοτον φίλας διψήν τὴν μηδὲν οὐπούσας αἰσχυντική, τῷ δὲ ὅν τὰς μεγάλους ἔχωμεν ἀπωλεῖας. Tum verò ut difficile omne pulchritum & carum: ita & in abstrusis illis aliquid solùm intelligere delecatare non minus potest ac strictram lucis videre in tenebroso carcere.

XXXI. Reliquorum verò scientiam plenam quo adsequare ante omnia sanè danda opera est, ut omnium historiā ad manū habeas, atq; illa sis instructissimus. Itaq; partim ipse explorabis omnia, partim ab aliis certò explorata diligentissimè colliges. Quod ab Ari-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Gray Scale




0 1 2 3 4

Aristotele est factum non in animalium tantum aliorumq; historia, verum etiam ipsorum astrorum, uti in laudatione ejus primâ alibi notavimus.

XXXII. Quum autem duplex sit ratio conscribenda historiæ: alia singula narrando, alia per genera ac species omnia digerendo. Quarum priorem obseruant, qui nunc plantarum aut animalium historiam conscribunt: posteriorem secundus est in animalium quidem historiâ Aristoteles, plantarum vero Theophrastus. Quin hæc sic scientiæ investigandæ commodior illâ, nullum dubium est. Hæc enim jam ipsamet principia scientiæ exhibet; illa vero ruderem tantum materiam, unde per inductionem principia adhuc confiri oportet. Igitur & huic potius historiæ rerum studiū omnino paret, potius quam illi alteri, exempluq; Aristotelis & in hac re imitandum esse. Quomodo vero ex singularib; ad universale progradiendum, genera item ac species indaganda aliunde petendū est.

XXXIII. Porro etiæ scientia demum demonstrationibus comparetur, est tamen & Dialecticarum rationum usus aliquis in hac scientia ut in alijs. Parare enim illa viam possunt demonstrationibus, utrinque excitatis variis dubitationibus, ex quarum collatione ceu ex silicis ac chalybis collisu facilius mox veritas eluet. Itaque & Aristoteles in hac quoque *περὶ γνῶματος* naturali, sæpe numero dialecticas velitationes præmittit demonstrationibus. Est etiam interdum, quando satis est probabiliter quid asseruisse de re aliquâ: uti jam ante dictum. Quapropter nec Dialectica quidem artis imperitus esse debet versus hujus scientiæ investigator. Intelligo autem Dialecticæ nomine eam quæ vulgo Topicæ audit, & quidem

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



Item qualis illa ab Aristotele tradita est, non vero qualem eam multi nunc proponunt.

XXIV. Principiis præterea affines sunt *definitiones* Physicorum terminorum nominales: quas similiter ut in alia qualibet scientia ita & hic oportet diligenter attendere. Neque enim his incognitis potest fieri demonstratio, immo omnes demonstrationes his innituntur. Quapropter & principiis immediatis accensentur i. post. c. II. Sed carum natura quoniam per se cognita est, non est quod de iis verbum addamus. Neque enim necesse est ut moncamus, non esse has definitiones confundendas cum definitionibus realibus: quem errorē nonnulli classifications erraverunt.


XXXV. Ceterū in ordinem, quem in tractanda hac scientia oportet observare, quod attinet, etiam hic ut alibi petendus ille est a meliori ratione sciendi. Initio ergo principia seu historiae cuiuslibet partis tradenda sunt, si id necessitas exigit, h. c. si ipsa per se ita nota non sint, ut frustā quis illa traderet. Tum enim jure omittuntur, ut rectè docetur i. post. c. Alias vero præmittenda omnino sunt, non autem demum postponenda. Quod tamen factum videamus a doctissimo Georgio Agricolā: ut qui libros de ortu & causis subterraneorum collocavit ante libros historicos de natura eorum quæ effluunt ex terrâ deq; natura fossilem, contra quam factum est ab Aristotele & Theophrasto. Nec tamen opus est ut seorsim operose cuiilibet tractationi præmittatur historia, seu principia recitentur; sed tum demum quando historia ob amplitudinem suam non potest commode inscribi ipso tractationi scientificæ. Ceteroquin enim

enim necesse non est. Ut sine causa nonnulli mathematici isthoc nomine Aristotelem reprehendant. In ipsa porro scientia à nobis notioribus ad ignotiora progrediendum est. Sunt autem communissima omnium notissima: ut quorum cognitio confusa est. Itaque & à communissimis ordiendum, & ita porro ad minus communia progrediendum donec ad species specialissimas perveniat. Namque hic sancèordo sciendi ordini est unicè similis. Neque enim singula possunt intelligi ignoratis communibus: itaque naturæ sponte provehimur à cognitione confusa universalis ad distinctam singulorum intelligentiam. Quod ipsius item præclarè monuit Aristoteles statim initio Physici operis. Sunt autem in Physicis omnium communissima, quæ de omni corpore naturali omnibusque item ejus communissimis affectionibus possunt demonstrari. Inde sequuntur quæ non omni sed huic aut illi insunt corporum generi, donec perveniantur ad species insimas.

X X V I. Quapropter commodè tota hæc doctrina dividi potest in partem communissimam: quæ traditur ab Aristotele octo libris *Physicæ*: & minus communem quæ scorsim tractat de singularis corporum generibus. Patebit autem ex iis quæ infra demonstrabuntur, primam divisionem corporum naturalium esse, quod alia omnis generis mutationibus sint obnoxia, alia nonnisi unum subeane motum & quidem localem. Itaque merito priorem locū in minus co[n]muni tractatione obtinebit doctrina de corporibus cœlestibus: secundum verò ea quæ ex de elementaribus vulgo ita dictis. Vbi vicissime a primum consideranda, quæ omnibus insunt elemen-

D tari-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



atibus: (quod quidem ab Aristotele sibi duobus poster. de cœlo, & libris duobus de generatione & corruptione) deinceps ad singula progrediendum. Quorum cum alia simpliciora sint, alia composita magis; mox sequitur merito doctrina qua de simplicioribus agit; qualis est μετεωρολογική, quæque est de metallis & lapidibus similibusque; ut ultimus locus reservetur doctrinæ de animalibus ac plantis, ut quæ corpora sint organica ac dissimiliaria, quorum maxima arq; ultima est compositio, quod rectè docetur 4. Meteor. c. ult. & l. 2. de partib. animal. c. I.


XXXVII. Sed de natura & constitutione huj^o scientiæ satis fortassis actum est. Verbo tamen nomine monstrandum est, esse omnino illam Philosophia partem. Namq; et si hoc decantatissimum sit, non tamen ratio ejus sententiæ rēquæ nota est, itaque & paucissimis tradita. Demonstramus autem nos id ipsum unico illo argomento; quod scil. Physice sit cognitio aliqua que intellectum humanum perficit ac beatum reddit. Omnis enim cognitio quæ perficit intellectum Philosophia olim nomine appellata est: quæ autem talis non est, nec hoc nomen accepit: quare à doctrinis viris id nomen doctrinæ quoque Christianæ olim est simili de causâ inditum. Neq; verò omnis cognitio perficit intellectum: sed quædam & infelicem illum reddit, ut rectè dicitur 12. Metaphysicorum. Iam verò naturalium rerum scientiam perficere intellectum velinde patet, quod ut ait Poëta, Natura

*O homo sublime dedit calumq; tuorū
In suis & erectos ad sidera tollere vultus.*

Vnicè tamen aut maxime hæc scientia perfici hominem nequam asserimus, et si ita Anaxagora & aliis fuerit visum. Sed hæc accuratiū disputare alterius est opere ac temporis.



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



0 1 2 3 4

Gray Scale



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



*De naturalis Scientiae Optimis atque
Etioribus.*

I.

Als expositis haud abs re fortassis fuerit addere nonnihil, quomodo haec tenus hæc Philosophia fuit exculata. Nempe & hoc usum insignem habet non ignorare. Apparebit enim hinc, qui bene qui secus eam tractaverint, atq; adeo qui sequendi maxime & credendi, qui vero fugiendi iis qui ad Philosophiam hanc aspirant. Ut enim in aliis, ita & in his oportet tyrones optimis magistris assentiri, etiam si corum demonstrationes nondum plenè assequantur. Benè nimis Aristoteles scribit: δει ταχεῖς τὸν ἐμπειρίαν καὶ πειστέον τὸν Φρεγάνημαν ταῦτα αναδείκνυεις Φάσοις καὶ δόξαις οὐχ τὴν τὸν διαδείξεαν. Άλλο γέ τὸ έχει εἰς τῆς ἐμπειρίας ὅμιλα ὄφειν δέχεται. Satis inquam hoc tyronibus potest esse, quiq; nec eam rerum experientiam nec illum in demonstrandi arte usum sunt consequuti, uti suopte judicio aliorum inventa possint digne scere. Nequaquam verò credimus sufficere eam cognitionē debere, esseq; adeo philosophi scire tantum quid Aristoteles, aut si quis ali⁹ est optimus magister, senserit: quemadmodum in superioribus satis manifestum reddidimus. Tantum scilicet probamus etiam hic auream illam Hesiodi sententiam:

E

STO



Ἐτῶ μὴ πανάργει, ὃς αὐτὸς πάντα νοῆσῃ,
Φερετάμπρος τοῦ οὐκέτη καὶ εἰς τέλος γάνη αἰμεῖν.
Εθλὸς δὲ αὐτοῦ πάντεν, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηκος.
Ος ἡ καὶ μή τι αὐτὸς νοέι μηδὲ αἴδεις αἰκίων
Ἐν γυμνῷ βάλλεται, οὐδὲ αὐτὸς ἀγέντος αἴρει.

II. Quoniam verò suprà satis demonstratum est, naturalem philosophiam circà omnes planè res naturales occupari: deinde demonstrationibus illam constare ex primis atq; propriis principiis vel historia naturali petitis; facile appetet quinam censendi sint quam optimè philosophati. Nempe qui non ad omnis planè naturæ inquisitionem animum appulerunt, illi partem tantum hujus philosophiæ attigerunt. Qui demonstrandi artem nō calluerunt, ab iis frustra & scientiam desideres. Qui deniq; nec instruti fuerunt rerum naturalium usu atq; experimentis, potius Dialetici fuerunt quàm philosophi. Contrà illi optimi magistri habendi, qui & rerum experientiam sufficientem & demonstrandi peritiam ad omnium plane naturalium rerum inquisitio- nem attulerunt: proximi illi, qui saltim circa aliquam naturæ partem isthac poverunt adhibere. Quo canone posito, non adeo difficile fuerit de omnibus naturæ scrutatoribus justo judicio judicare.

III. Ut autem ab antiquissimis monumentis ordiamur, habentur haud pauca ad hanc philosophiam pertinentia in sacris Hebræorum volumini- bus. Nec desunt, qui tantum hinc omnem hanc philosophiam perendam arbitrentur. Cæterū et si dubium non sit in illa gente Salomonem regem ad exqui-




exquisitam naturalium rerum scientiam pervenisse,
ut qui disputaveris super lignis à cedro quæ est in Libano usq;
ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & differueris de jumentis
& velutribus, & reptilibus, & piscibus: et si quoque o-
mnia quæ in his codicibꝫ scribuntur longè verissima
sint; Primò tamen Salomonis quidem sapientia
isthæc in his libris non continetur: dcinde quæ hic
habentur illa& neutiquā integræ hujus philosophiæ
argumentum attingunt, & demonstrationes non
sunt sed in historia potius naturalium rerum sunt
censenda. Et sanè hac parte plurimum possunt ju-
vare Sacri isti codices hujus philosophiæ studiosum
ut quæ tradant historias haud paucas atque insignes:
rerum naturæ, quas nec aliunde licet petere neque
nunc denuo experiri. Quales sunt illæ de rerum cre-
atione sex diebus facta, item de diluvio ac multis su-
præ naturæ vires à Deo & Sp̄itribus effectis. Quo-
rum ignorantia, per quam multi etiam optimorum
hujus philosophiæ cultorum in crassissimos errores
inciderunt.

IV. Porrò antiquissimis illis retro temporibꝫ
celebrati in primis rerum naturæ peritia fue-
runt, & Ægyptij, & Chaldæi, & Persarum Magi
Quorum isti suam sapientiam omnem retulerunt ex
more gentis in auctorem Thor, quem Græci Herme-
tem & Hermen, Latini Mercurium interpretantur.
Itaq; & olim nonnulli sacri libri, cùm de aliis tum de
naturalibus rebus, circumlati quasi Mercurio aut Her-
mete auctore conscripti. Quin imò nonnulli & ho-
die illi tribuuntur. Quorum tanta apud quosdam
est auctoritas, ut alij quidem Hermeticorum philo-
sophorum medicorumq; cognomento audire gesti-

E 2 ant,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



ant: alij verò et si hoc cognomine non censeantur ex iis tamen Mercurij libris quos hodieq; credunt superesse, unicè philosophandum existiment. At verò qui nunc libri Hermetis nomen præ se ferunt, illorū nonnulli profecto, supposititiū sunt, & paucis demum antē seculis natū. Ne illo quidem excepto qui Pœmander inscribitur. Neq; enim dixerim cum Casaubono *Ex i. ad apparat. Annal. n. XIX.* patrem hujus scripti non multò post tempora Apostolorum vixisse, eo quod Iustinus Martyr ex illo libro quædā proferat. Namq; nec Iustinus nec quisquam primæ Ecclesiæ patrum aliud istum librum adducit testem, sed alios: ex quibus etiam nūm hodie integer superat Asclepius dialogus, tūc λόγος & τίτλο clarius, is cuius Latina interpretatio Apulcjo adscribitur, est autem vetus ut quæ & S. Augustino fuerit in manibus. Reliqua fragmenta sunt: quorum potiorem partem Ioannes Stobæus in Eclogis suis conservavit. Et si verò quædam eorum monumentorum antiquiora sint Pœmandro & aliis nonnullis libellis, neq; adeo certò constet & illa conficta esse à Christianis aut Muhametanis sequioris ævi hominibus: sunt tamen & illa incertæ admodum fidei, ut alias latè ostendemus. Quo perspicuum sit quæ fuerint Ægyptiorum veterum placita, non intelligi rectius certiusq; posse quam ex veterum narrationibus. Quæ tamen & pauca sunt, & illo quoq; nomine incerta, quod dogma sua isti Ægypti minus in vulgo propalaverint, hieroglyphicis literis obscurata. Quapropter valde incertum est quid de rerum natura lenserint isti priisci ac genuini Hermetici. Quicquid tamen sit: primum facile probatu est, illos qui nunc Hermetici audiunt

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



diunt parum admodum convenire cum placitis illis: in Hermetem auctorem vel olim vel nunc etiam relativis: nisi quod viliora metalla in aurum mutari posse, in cantamentis item, characteribus, lapidibus, lignis, astrisq; infinitam aliquam potentiam naturalem inesse arbitrentur, quæ veteribus etiam Ägyptiis placuisse intelligo. Deinde & id constat, fallere admodum ac falli Fr. Patricium aliosq; probatae passim philosophiaë contemptores, qui ex Pœandro aliisq; commentariis ac heri & nudiustertius natis monumentis, Ägyptiorum veterum philosophiam profitentur. Cum porrò cuivis pareat: omnibus illis in libellis nullam rerum historiam, nullam demonstrationem tradis, facile quoq; liquet ad veram aliquam solidamq; scientiam comparandam libros illos nihil admodum posse conferre. Deniq; quum aliud notissimum sit: priscos illos Ägyptios, naturalibus corporibus, characteribus item, carminibus, ac imaginibus eas vires tribuisse quas neq; experienta neq; demonstrationes agnoscunt: præterea & de Nili sui origine atque incremento portentosa deliria prodidisse: non est forte quær vel desiderio Ägyptiacæ illius priscæ philosophiæ teneamus: ut quæ indubie parum aut nihil habuit sani.

V. Quæ verò Ägyptiacæ eadem ratio est, & Chaldaicæ, & Persicæ. Namque nec ejus hodie monumenta superant, unde possit disci. Quæ enim edita sunt superiore seculo Parisijs à Ludovico Tiletano Maynâ λόγια τὰ δύο τοῦ Ζεγάσπη Μάγων cum commentariis Gemisti Plethonis, & post auctiora iterum produxit in lucem Patriitus; ea & pauca ac obscuras sunt, & de rerum natura vix habent verbum.



Eiusdem procul dubio farinæ fuerunt, patris Ezrae, Zoroastris & Melchiar Magorum oracula, cum interpretatione Chaldaicâ, libellus quoq; Chaldaicæ Theologiae, cum Persarum, Græcorum & Chaldaeorum enarratione: quæ in suas manus incidisse scribit ad Marsilium Ficinum Ioannes Picus. Theologiam enim Magorum isti libelli comprehendenterunt, quam fortè eam exposuit Michaël Psellus, & jam olim in libros suos Theologiae, falso dictæ Platonicæ, transstulit Proclus: non autem naturalem philosophiam docuerunt. Porro quæ feruntur veterum libris placita Magorum ac Chaldaeorum, illa & sine omni demonstratione feruntur, nihilque habent *Misnomicō*, & præterea portentosis mendaciis nituntur de immensis nescio quibus fiderum, lapidum, carminum, imaginum, amuletorum similiumque facultatibus. Huic enim fundamento innititur vetus Magia & Chaldaica illa astrologia, inò omnis eorum *eidolatria*, ac superstitione. Ut dolendum non sit periisse illam philosophiam, sed dolendum potius sit, illam aliam aliquando fuisse natam. Tantum absit, ut illam hodie desiderare debeamus. In quem tamen errorrem prolapsus olim fuit etiam *o. deuon* Picus Mirandulan⁹; sed qui ingenua recantatione sese purgavit sine admirandi contrā Astrologos operis. Ceterum vanitatem Ægyptiacæ, Chaldaicæ ac Persicæ sapientiæ alias lati⁹ singulari libro contra ineptos natores perstringemus.

V. I. Venimus ad Græcos antiquiores. Quos inter Pythagoras sanè fuit omnium celeberrimus. Quem de natura rerum librum scripsisse Laëtrius testimonio Heracliti comprobatur; aliis tamen plærisq; nihil

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



nihil ab illō scriptum esse harrantibus. Sanē constat & naturae scrutationibus illum ejusq; discipulos incubuisse. Cæterum neq; ipsitus Pythagoræ, neq; ullius veteris Pythagorici liber, qui ad hanc pertineat philosophiam, nunc quidem superest. Nam nec qui vulgo circumferuntur, Timæi Locri & Ocelli Lucani nominibus, ex illa sunt disciplina profecti, et si haud parūm antiqui sint. Quod probatu facile, nisi fallor est. Namque primò illa dogmata quæ Plato, Aristoteles aliiq; veterum pro Pythagorici passim adducunt, nequaquam in his libellis reperiuntur sed planè adversa. Deinde in Timæi quidem qui inscribitur libello, sententia quædam; ex, gr. de idæis, probantur quas in Platonem ut auctorem primū ipsemet Aristoteles, cui profecto nihil ejus scholæ non fuit leætū, retulit. In Ocelli verò libello & æternitas mundi defenditur, quum tamen primo Aristotelæ placuerit, alijs ante illum mundum generantibus. Porrò cum in Timæi tum in Ocelli libello habentur quædam, quæ totidem verbis apud Platonem existent & Aristotalem: nec tamen vero cui temerè videbitur simile, non potuisse melius plagiū occultare homines longè eloquentissimos ac ingeniosissimos. Quid quod totus ille *τοιωδην μαθητής* fit Platonicus: & totus Ocellus Aristotelicus? Et tamen nunquam Aristotelæ ab hostibus ipsis, quos sanguine habuit olim haud paucos, objectum fuit furtum ex Ocello commissum. Platoni autem objectum quidem fuit, Timæum ipsius ex Pythagoricis monumentis elanculum transcriptum; at non de Timæi libris, sed de Philolai, ut ex Hermippo & ipso Timone Sillo-



ne Sillographos; antiquis sanè scriptoribus, narrat
Diogenes in vita Philolai. Nec tamen vel hic libel-
lus est Philolai; ut facile ostendi potest ex collatio-
ne illorū dogmatum quæ Philolao à priscis tribuun-
tur. Quo simul à plagio absolvī potest Platonis Ti-
mæus. Neque verò decipere nos debet antiquitas
horum libellorum: ut qui jam secundo seculo Chri-
stianoi videantur fuisse nati, atque cœu genuini lau-
dati jam tūm ac postea sint à viris p̄æclaræ erudi-
tionis. Illa enim tempestate multos libros Pythagori-
cīs falso fuisse adscripros liquido alias ostendit-
ur. Estque ejus nota Cebetis etiam tabula quæ
dicitur, & Archytæ liber de p̄ædicamentis, quem
esse adulterinum jam olim ipsi quoque Themistio
fuit observatum. Exterū ex Timæi quidem &
Ocelli scriptis Pythagorica de natura Philosophia
peti non potest: imo non nisi paucæ ex iis peti possunt
quæ ad hunc locum faciant: neque est in Ocello nisi
quod in ipsis Aristotelis scriptis, neque in Timæo
nisi quod in Platonis Timæo longè clarius atque ac-
curatiū traditur. Itaque (si quidem ejus videbitur
ad veritatem esse momenti) Pythagorica dogmata
ex iis quæ apud alios scriptores illis tribuuntur tan-
tum discenda sunt. At verò neque illa scire multum
ad scientiam comparandum profuerit. Namque
primò recitantur tantum nudæ sententiæ, argumenta
queis probentur, adduntur nulla. Deinde de pau-
cissimis solùm colligere placira Pythagoricalicet. Ad
hoc, ipsi illi Pythagorici non nisi valde obiter rerum
naturam sunt scrutati, & porrò demonstrationum
vimpārū habuerunt usū compertam; ut taceam
eos

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



0 1 2 3 4


eos pleraque sua tradidisse *diverse*, atque adeo
 magis suspensos tenuisse discipulorum animos, vana
 quadam occultæ sapientiæ admiratione, quam
 solida aliquâ Philosophiâ erudiisse. Quod mani-
 festum fit: etiam si integra superesset hodiè Pytha-
 gorica isthac Philosophia, ad intelligentiam optimo-
 rum Philosophorum id quidem profuturum, ad i-
 psam autem scientiam valde parumpet.

VII. Porrò nec Thales, nec Anaxagoræ, nec
 Anaximandri, nec Diogenis, nec Empedoclis, nec
 Democriti aut Leucippi, nec Heracliti Ephesii, aut
 denique Parmenidis vel Melissi supersunt hodiè scri-
 pta, qui tamē ante Platonum ætate intantum excolu-
 runt hanc Philosophiâ, ut Parmenide ac Meliso exce-
 pto, vulgo Physici cognominati sint. Reliqua sunt
 tantum eorum pleraque placita, ut & multa fragmen-
 ta, unde illorum philosophiam est discere. Putidum e-
 nim est mendacium quod habet Sebastianus Basso
 præfatione operis sui contrâ Aristotelem conscripti:
 ab Aristotele Democriti libros combustos, quo ipse
 solus regnaret. Habuit quippe Democriti libros ipse
 Galenus, imò & Simplicius Iustiniani ætate, mille an-
 nis & ultra post Aristotelem mortuum: nec qui id
 ante Bassonem dixerit fortassis reperitur. Quo im-
 pudens os mirere. Cæterum illam veterum Physi-
 corum philosophiam aliunde ex antiquorum monu-
 mentis licet perere; si cui fortassis Aristoteli videa-
 tur fides suspecta. Initio autem, pauca admodum
 attigerunt, et si Democriti industria omnes superave-
 rit: ut vel ex solo Laërtio potest intelligi. Deinde
 demonstrandi artem parum profectò calluerunt:

F

quare

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



quare & Aristoteles ipsis s^ep^e ~~amisit~~ ~~et~~ harrecte objicit.
Postremo nec multum experientia rerum natura-
lium sese exercuerant: itaque & frequentissime pro-
nunciant illa quæ sensibus planè reluctantur. Restat
enim illos ~~amisit~~ accusati ab Aristotele, indicant ho-
dièque absurdia illorum pronunciata, quæ passim licet
colligere. Quid enim absurdius quam finalem &
materialem causam tollere è rerū natura, aut generatio-
nem ac corruptionem negare? quod tamen fecerunt
pl^{et}ique omnes. Unus Democritus præ alijs va-
luit rerum usu. Quapropter & sententiae ejus plus
verisimilitudinis habent quam sententiae aliorum.
Aristoteles ipse hoc illum elogio ornat l. 1. de generat.
& corrupti. l. 8. Δημοκρίτεον οὐδὲν εἰπεῖσθαι φυσικόν πονεῖσθαι. Sed & ejus experientia valde ruditus fuit,
& multis ineptis impedita. Quod nemo iustus at-
biter negaverit. Idem judicandum & de iis scriptis
Physicis quæ Hippocraticum nomen præ se fertunt.
Quin fortassis quædā etiā illorū Democriti, ac Ale-
mæonis Crotoniæ sunt: quod sane de libello qui in-
scribitur *τοῦ οὐρανοῦ* aut *τοῦ αἰγάλου* & nonnullis alijs per-
cit verisimile. Certè nec in his libellis nisi rudem a-
liquam & balbutientem Philosophiam reperias: si
quod res est dicendum sit.

LIX. Qui Physicos atq[ue] atq[ue] excepit Socrates, na-
turalē hanc Philosophiam planè neglexit, ut non
tantum Aristoteles testatur, lib. 1. de partib. c. 1. verum
& Xenophon l. 1. *Σωματικαὶ*. Quare quæ in Platonicis
dialogis dissentit cā de re Socrates, non tam Socratis
ex schola prodierunt, quam inventa sunt ipsis Platoni-
nis. Sed nec ipsi Plato magnum quid hec præstitit:

Vt

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel




Vt sanè ipsius Timæus luculentè ostendit. Nam paucissima profectò attigit. Adhoc, raro argumentum aliquod adserit sententiæ sue; tantum abest ut demonstret. Porrò valde ~~errat~~ pronunciat de rebus multis. Et tametsi formalem finemque caussam agnovevit, ita tamen sermonem instituit, quasi earum plane fuerit oblitus: quod nec ipse audet disseri. Simplius prefat, in Commentar. Physic. acros. Quæ omnia in magistro suo rectè ergò notavit Aristoteles: non dubitans illi præferre Democritum. Ea sanè de causâ plerique Platonicorum maluerunt in Physicis Aristotelē potius sequi quam Platonem suū: ~~damonis~~ illū hinc cognomento honorantes. Frustrā certè laboravit etiam hac parte palmam Platoni deferre Proclus Lycius, juvenili opere in Timæum.

IX. Platone magistro usus est Aristoteles Stagirita: sed de illo haud multò pōst loquemur. Ceterum Aristotele paulò junior fuit Epicurus, ut iterum hoc posterior Zeno Citticus Stoicorum auctor. Vterque autem suo quoq; modo hanc Philosophiam excolluit. Etsi verò ipsius Epicuri scripta perierint jamdudum: attamen vel ex uno Laertio Physicen quidem illius licet reparare. Sic & T. Lucretius Carus quos de natura rerum scripsit libros, ad Epicuri mentem elaboravit. Vt nulla sit ex illo ævo Philosophia temerè alia, cuius (Platonicam & Aristotelicam semper excipio) plura superent monumenta. Facile autem apparet parùm illam à Democriti placitis abire: neque omnem rerum naturam aggredi, sed ea tantum quæ probandæ divinæ providentiae & animarum immortalitati, dæmonumque existentiæ vulgaribus sen-

F 2 tentiis

81x

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



tentiis facere visa sunt. Tum vero nec satis firmiter solet argumentari. Planè tamen, ut Democritus, utitur semper rationibus verè naturalibus, non autem logicis vel dialecticis. Vno deterior est hæc Philosophia quam Democriti; quod tota hæc tendat in religionis omnis extermínium. Quod & Cicero tradit *L. i. de Finibus & Lucretius* passim profitetur.


X. Porro nec quod ex Stoicorum sit disciplinā profectum, hujus quidem argumenti, nunc superest præter Cleomedis libros & Quæstiones Senecæ. Attamen & reliqua magnam partem diligenter satis collegit Iustus Lipsius opere quod de Stoicorum Physiologiā inscripsit. Laborat autem etiam hæc communī virtutis, quod in valde paucis occupetur: quod raram adferat rerum experientiam: & denique quod non tam ex natura petitis argumentis quam contortis logicis conclusiunculis innaturat. Eisi enim valde olim gloriati sint Stoici Dialectices peritiā, Chrysippus etiam non erubuerit Deum aliquem disputando provocare; à demonstrandi tamen exercitu plurimum absuerunt, toti in eristicis quibusdam nugis, ut recte illis jam olim objecit Galenus. Quo factum, ut in Stoicorum hac philosophia minus licet verè Physicarum ratiocinationum, quam in Epicureâ illâ reperiare.

XI. Tempus monet ut & de Aristotele nonnihil dicamus. De illo scribit Diogenes: ἐν τοῖς Φυσικοῖς αἰνολογικῶταῖς πάνται ἐγέρθε, ὡς τὸ ἔλαχιστον τὰς αἵτιας δοδίδωμα. Simplicius scribit, ab omnibus prorsus aliis Philosophis Aristotelem abire, τη̄ πάντα τη̄ τη̄ Φυσικής μέρη μέχει τὸν μερουσατόταν ἐπεξεργάζεται. Atque hoc sanè qui negaverit aut impudens fuerit, aut antiquioris

ris philosophicæ prorsus imperitus. Qui enim ante
vel post illum de pluribus egerit hujus philosophicæ
locis, neminem profectò licet laudare. Non dico, ni-
hil illi præteritum esse. Ambitus naturæ unius inge-
nij limitibus non potest circumseribi. Et profectio
præterit ille quædam ab aliis pòst occupata. Sed u-
nus qui plura aggressus sit, nemo sanè reperitur: sive
quæ præcesserunt illi, sive quæ secuta sunt secula ex-
cussoris. Secundò idem descendū de usū atq; experien-
tiā naturalium rerum. Haud negandum enim est, u-
nā aliquā parte ab uno altero vītam Aristotclis in-
dustriam esse. Qui enim unus potuit omnia explorare? Etiam hodiè multa cùm sint exploratissima, pluri-
matamen ignorantur, fortè posteritatis experientiæ
reservata. At qui unus majorem habuerit rerum u-
sum equidem non arbitror haec tenuis juventum q uen-
quam esse. Neque enim quisquam hominum ad il-
lum modum historiam animalium conscripsit, quo
illam modo videmus esse ab Aristotele elaboratam.
Et si enim de aquatilibus, quadrupedibus, volatilibus
& aliis scripserint: quām longè tamen illorum labores
absint à lande Aristotelica non potest ignorare, qui &
hunc & illos legerit, simulque norit, quām difficile
sit pariterque utile pergen era & species historiam po-
tius tradere, quām per singula iure, ordine quodam al-
phabetario observato. Sed nec credendum e ~~st~~ tradi-
diffise isthac omnia Aristotelē alienā fide. Sanè
scribit C. Plinius lib. 8. cap. 16. *Alexandro magno rego*
inflammato cupidine animaliū naturas noscendi, delegatāq;
haec commentatione Aristotelē issemō in omni doctrinā viro;
aliquis milia hominum iu^rō sit Asia. Gracieq; traxtu parete

F 3 jussō,

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



*gusta, omnium quis venatus, aucupis, piscatorum alebans,
quibusq; vivaria, armenta, alvearia, piscinae, aviaria, in
cura erant: ne quid usquam genitum ignoraretur ab eo; quos
percontando quinquaginta et fermè volumina illa preclara de
animalibus condidit. Neque is ego sum, qui Aristotelis
ipsi spectata omnia esse contendem. Quia pleraque
tamen ipsam viderit, equidem nullus dubitò. Con
firmat me primò, quod passim videam illa verba:
ἀλλὰ ἀνθραῖς, τοῖς ἀνθραῖς, οὐδὲν ἄλλον ἀνθραῖς, τοῖς ικανοῖς πειθεπτικαινε
τοῖς τοῦ αἰνατοῦ. 2. de animal. partib. scribitur. *ἔτι δὲ αἴστη* πάντων (*ἢ πάντας*) *οὐσίαν οὐκέτι πειθεπτικαινε*, πλὴν τοῦ Ιππαν
ἥ γενεός τοῦ τοῦ ζεν. Confirmor deinde, quod videam,
valde illum trepidè ista affirmare, qua non dum sa
tis habuit explorata. Tertiò de generatione animali,
scribit: *Γενεράτορα πάντα μήτε* habere videretur, *τύμενον* ε^ratio
ne, *τὸν* τοῦ δούλων συμβάνειν *τοῖς* αὐτοῖς. *εἰ μὴν εἰληπτοῖς γέ*
τε τομοβάσινοις ικανοὶ *αἱ λόγιαι* εἰναι πόλει ληφθῆναι θεοῖς
τοῦ πελάγους πειθεπτοῖς, *τοῖς λόγοις* εἰναι οὐσιογένεια δεινών
τοῖς φαινομένοις. Similia & aliás habet. Confirmor deni
que quād maximē illo, quod certum sit ab Aristotele
noīem esse libros editos *ἀνατοῦ* seu *anatomicarū*
administrationum, ad quas per solet frequenter pro
vocare: certum etiam sit, non poruisse in historiā ani
malium multa tām exactè tradi, nisi adhibitā partium
ἀνατοῦ, & tamen nequaquam verisimile est eam esse
institutam à piscatoriis, aucupibus atque id genus
hominibus, sed nec ab alicui quoquam sive philosopho
sive medico: (hujus enim aliqua saltim memoria su
percesser) ut omnino dicendum veniat ab ipso esse Ar
istotle hæc explorata. Neque enim dubitare nos
faciat, quod de humani corporis partibus unum al
terum-*



et funeris narrat quod oculi refellunt, multoque
plura praetererat ab aliis observara. Namque huma-
num cadaver fortassis vix semel inspexit: prohibitus
genitum lege cui id erat funestum atque inhumanum:
itaque que semel fortem obseruavit semper ita creditit
se habere. Multo minus vero accuratè ad nostrum
morem licuit ipsis *avajouin* exercere. Certè in teli-
quorum animalium historiā minus peccavit, et si non
omnia sit persequutus. Quam vero in animalium
historiā, tam instructus sine dubio fuit & in planta-
tum: ut cum multa nos docent, tum vel illud so-
lum possit probare, quod ex AEsculapij fuerit natus
familia, cui avitum erat herbas investigare. Imò vero
Quanta ille valuerit experientia, omnium qualita-
tum tactilium, colorum, saporum, odorum, sono-
rum, ipsius libri *disponitio* loquuntur affatim: ad quos
si conferas alios, hos verè Physicos dixeris meritò, il-
los Dialecticos. Pat ratio meteorologica est doctrina.
Quum vero in omnibus hisce fuerit tam exper-
tus rerum naturæ, qui ignoraverit illa quæ nemo vel
infirma plebis aut agrestis aliquis ignorat, inque ma-
nibus nostris atque ante oculos quotidiè versantur?
Quod tamen nonnulli hodiè sibi aliisque persuadere
non erubescunt. Verum illi stultitiae suæ sunt relin-
quendi, si lectione accurata hujus viri nequeant sa-
niori menti restituiri.

XII. Tertiò autem id profectò nemo negave-
xit, fuisse Atistorelem demonstrandi artis longè peri-
stissimum; ut qui primus eam scriptis complexus sit,
ea felicitate, ut bis mille post illum annis nulla facta
sit accessio.

XIII. Quar-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



XIII. Quarto preterea, libris istis quos habemus octo *Quoniam aegaeas*, quatuor de cœlo, duobus de ortu & interitu, quatuor meteororum, libris de partibus, de generatione animalium, libris item de anima, & iis quæ vulgo parva dicuntur naturalia, conatum Aristotelem esse scientiæ docere & quam valuit accuratissimè naturalem hanc philosophiam; id sane haec tenus semper communè omnium consensu extra controversiam fuit collocatum. Tum vero plurimis potest argumentis doceri. Vt pote quum passim legere sit, tradi ibi philosophiam; quum passim distinguitur inter dialecia & apodicticas argumentationes, illis rejectis; quum tota tractatio nullo modo vulgi captui sit accommodata: uno verbo quum nihil hic desit quod ad *aegaeas* aliquam doctrinam Aristoteles unquam adhibuit. Hec quum sint clarissima, est tamen nonnemo, qui philosophum omnia nonnisi Dialeticis probationibus confirmasse, iungit secundum consuetam sibi methodum, auditores ad scientiam ipsam observationibus & demonstratione erucendam preparare velisse, affirmat. Argumento autem utitur illo. Quod, cum Aristotele ipso judice, omnis scientia demonstrativa nitatur definitionibus nominalibus & axiomatis: neq; illæ tamen neque hac Aristotelicis his in libris soleat præmitti. Verum enim vero hoc quidem probatio nimis debilis est. Namque ea potius ostendit verum id esse quod nos diximus, verè *aegaeas* esse hac volumina, auditoribusque adeò selectis ac *anodos* conscripta, quibus jam terminorum illæ significaciones, & communissima axiomata, imo & propria hujus scientiæ principia erant cognita. At qui




quia nec mathematici solent vel definitiones vel ^{l. 203}
alias præmittere, quām eas tantum quæ minus e-
rant nota: & nemo non videt frustra inculcat rem
ante cognitissimam. Nec tamen Aristoteles solet ne-
gligere terminorum explicationem, si quando alic-
uiore nec trita significatione illis cogatur uti. Un-
de frequens illud λέγω μὲν, λέγω δε. Similiter nullibi
non inculcat, tūm communissima cūm propria prin-
cipia. Et quidem usque adhuc vel uno primo libro
Physicorum plurima communia ac propria principia
licet adhibita numerare. Quod qui nō vidit, aut non
inspexit Aristotelem, aut nescit quid sint communia
ac propria principia, aut prælivore vel dissimulat se
vidisse, vel non vidit quod vidit. In unā sanè dispu-
tatione contra Melissum quām frequentia sunt com-
munissima principia! Statim initio capit is legitur: Ne-
cessē est autem aut unum esse principium aut plura: & si u-
num aut immobile, aut mobile. Si verò plura aut finita
aut infinita. Et si finita plura aut uno, aut duo, aut tria,
aut quatuor, aut secundum alium quempiam numerum. Quæ
sanè omnia vera sunt principia communia indemon-
strabilia restricta ad subiectam materiam: qualia ist-
hoc parvo libello licet plus quām quinquaginta alia
numerare. Possunt autem pari modo & plurima prin-
cipia propria recenseri: qualia profecto sunt, esse mo-
rum, nihil ex nihilo fieri, ac similia. Quis porrò ignorat
tām multis libris ab Aristotele historiā animaliū tra-
ditā? quæ tamen nil nisi principia ejus scientiæ docet.

X I V. Verū si falsum est Aristotelem tan-
tum dialecticē voluisse in libris nostris Physicis age-
re, egit autem φιλοσοφικῶς; si certum porrò est Aristote-

G lem

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale




lem cùm rerum experientia valuisse plurimum; cùm demonstrandi artis fuisse omnium peritissimum: si deniq; indubie Aristoteles ingenio fuit felicissimo & veritatis cupidissimus; jam utiq;, ni fallor, facilè apparet, quo loco libri eius Physici habendi sint. Scilicet per qdā accuratē esse illos conscriptos, adeoq; magnam partem verè demonstrativos esse & ab erroribus immunes. Omnis nempe circā hanc scientiam error oritur aut præ ~~amplo~~, non satis perceptis videlicet principiis; aut præ virtuosa ex principiis collectione. Quare quandocunq; erravit Aristoteles necesse est alterutra de causa error commissus sit. Quæcum raro potuerint Aristotelii deesse in tanta eruditione: non possunt etiam non errores Aristotelici valde rari esse. Et sanè res docet ibi maximè illum hallucinatum, ubi ab experientia fuit destitutus. Quam quidem si tam certam habuisset de mundi creatione quam illam nos habemus, numquam ille æternitatem motus aut mundi astruxisset, numquam etiam de suis intelligentiis ac Deo fuisse philosophatus quomodo illum esse philosophatum nunc dolamus.

XV. Cætera verò sanè admirabilem sese præstitit, & præ aliis omnibus est demonstrationibus instruissimus. Itaq; & Simplicius rectissimè scribit ab antiquis Aristotelicā philosophandi rationē differre, etiam hac in re: ὅτι ἀνθεῖαν ταῖς δοτοῦσσιν περιέχουσαν; à Platone vero: καθ' ὄποις αἰδησίας πέποιται ταῖς τοῦ δοτοῦσσαν περιγραφῇ ταῖς δεκταῖς, αὐτοὶ δοτοῦσσι τῆς αἰδησίας οὐ δοτοῦσσι περιγραφὴν δοτοῦσσαν λαμβάνειν. Cui consentiunt omnes reliqui Græci interpres: ne Galeno quidem repugnat.

gnaute, qui hoc nomine frequenter illum aliis o-
mnibus præfert. Vi merito quis miretur Benedicti
Pererij sententiam quam profert l. 2. de philos. nat. c. 3.
Quum enim prius ille dixisset multa falsa esse ab A-
ristotele tradita, mox addit: Deinde eas res que vere
sunt plerūq; leviter ac molliter tractat, non eas confirmans
firmis necessarijs probationibus, sed tantum dialecticis ac
probabilibus, ut ipse Aristoteles confiteri viderur l. 2. de
caet. 17. & c. 12. i. 60. Mirum vero, ni sit hoc judici-
um profectum ex erroreis de demonstratione sen-
tentis: quas illum virum, cætera perdoctum, lon-
gè plurimas habuisse vel solū caput 12. libri 1. & libri
111. caput iii. & iv. ostendunt, ubi Mathematicis
scientiis demonstrationes nullas esse, conatur, inau-
ditio ante Alexandrum Piccolomineum exemplo,
persuadere. Certe eandem ob causam & I. Zabarellam in commentariis, sœpè dialecticarum probatio-
num nomine traducere optimas ἀποδεῖξες, & contrā
meros sœpè paralogismos pro demonstrationib. ven-
ditare, manifestū est. Neq; enim negandū est, si vera
sunt quæ de demonstratione quātumlibet operosè
Zabarella docuit; non tantum non in Phycis. Ari-
stotelicis sed nec in quoquam alio scripto ἀποδεῖξε
reperiri nisi multò rarissimas, imò omnem Analyti-
cam doctrinam vix illum in scientiis usum habere.
Sed quām procul & Zabarella & Pererius à vero hic
discesserint, non est hujus loci ostendere. In ipsa
Phycica tractatione demonstrationum exprimis ac
necessarijs principiis deducatarum dabimus cum A-
ristotele affatim. Nihil verò juvant Pererium quæ
adducit Aristoteles dicta. Vtrobique enim sermo

G 2 est de

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



est de Physicis rebus procul à sensu remotis; de quibus nullas firmas demonstrationes dari posse & nos profitemur, tantum abest ut ab Aristotele firmas demonstrationes esse allatas sentiamus. Certè illa dicta non magis habent confessionem infirmarum probationum semper ab Aristotele allatarum, quam ista quæ ineptè eidem fini congerit Franciscus Patri-
tius tomo i. discussion. Peripat. l. 13. Scilicet in ijs quæ per experientiam minùs habebat nota Aristote-
les, confiteri ipsem est infirmitatem probationum suarum ultrò solet; in aliis verò nequaquam, utpote
in quibus ejus culpæ sibi erat nequaquam conscius.

X V I. Cæterum de Aristotele justo fortè prolixius differimus. Et tamen cùm novatorum quorundam ca-
lumniis, tūm caussa hujus Philosophiæ ac veritatis agere id sumus adacti. Auditor autem Aristotelis fuit simulque in Lyceo successor Theophrastus Ere-
sius. Quem itidem ad omnem planè naturæ ambi-
tum operam appulisse, vel unus librorum ejus index
qui apud Laertium est, ostenderit. Adeò enim mul-
ta ille Physici argumenti habet, ut possit vi-
deri Aristoteles ipse superatus. Porrò & experien-
tia rerum Theophrastum multum valuisse vel soli
istius libri de plantis, de signis tempèstatum, de lapidi-
bus, de igne, de sudoribus, de vertigine, &c. qui reli-
qui hodièque sunt, possunt probare. Certum enim
est similiem copiam in *Quaeritur* haud temere alias
haberi. Præterea & ratiocinari Theophrastū ex argu-
mentis naturalibus atque experientia cognitis, simili-
ter patet cuivis opuscula illa insipienti. Unde ma-
nifestum est ingentem potuisse fructum capi ex ipsius
libris




libris nisi perissent: nunc tamen etiam insignem posse peti ex paucis quæ supersunt, neque esse in eo quidem argumento, quæ his libellis sint præfetenda, modo tamen integri & illi forent quam sunt bene à Theophrasto conscripti. Illius condiscipuli Eudemus Rhodius & Phanias Ercius similiter magnum olim nomen sibi comparaverant hujus Philosophia exquisita cognitione: sed illorum quoniam nihil supererat, non est, quorū de iis quidquam addamus. Ne quidem de Strabone Lampaceno Theophrasti discipulo ac successore eādem de causā multa dicemus. Etsi enim ejus creditur esse libellus de coloribus & qui de Spiritu inscribitur, inter Aristotelicos soliti numerari: incertum id tamen est. Constat alias ex Laertio: & hunc magistri exemplo fuisse persequutum diligentissimè qua nunc passim à Physices doctoribus negliguntur, medicis scilicet contemplanda. Notum quoq; in vulgus est hunc Physici nomen à natura diligentí scrutatione adeptum esse. Quod si verò ejus omnino sunt duo isti libelli quos ante memoravimus, non potest etiā hodieq; obscurū nobis esse, non λογικῶς sed verè φυσικῶς illum philosophari solitum. M. Tullius lib. V. de finib. in hac verba de illo scribit: Primum Theophrasti Serapophysicum se voluit: in quo etiā magnus est, tamen nova plaraq;.

XVII. Post Stratonem in Lyceo defecit genuina philosophandi ratio, quod optimis Aristotelis ac Theophrasti scriptis sub terrā delitescentibus, non esset quo ad solidē philosophandum studiosi juvarentur. Arque illi quidem Sulla & Felicis aetate editi denuò in publicum sunt, habuitque non multò post Peripatetica schola viros preclaros haud paucos: sed qui

G 3 valde

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



valde inter eos hujus philosophiae quidem peritia c-
minuerit, nemo laudatur, nec quicquam scriptorū ejus
ævi superat ad usq; Galeni & Alexandri Aphrodisiæ æ-
tatem. Posthac verò Galen⁹ cùm hanc philosophiam
tum artem medicam plurimis scriptis illustravit. No-
tandum tamen ea serè solū ab illo tangi quæ ad zōo-
λογίας pertinent; quam non omnino tamen est perse-
quutus, sed ea tantum propemodum quæ ad hominē
pertinent. Etsi forte & alia tradiderit libris nūne per-
ditis. Nam q; Simplicius sanè ejus de temporis naturā
sententiam adducit. Ceterum demonstrationum
studiosum sese passim ostendit: ut qui ipsem libros
quoq; conscripserit de demonstratione. Adhoc non
leviter profecto fuit εμπιστός eorum quæ ad hominis
naturam spectant, etsi & illum in quibusdam deceptū
esse exquisitor ἀνάζει doceat. Aliorū verò animalium
historiam itidem novit, nec ne, haud ita compertum
est: quorum tamen peritia ad exquisitam scientiam
etiam humanae naturæ requiri, est certissimum. Facile
autem hinc appareat, quid ex Galeni libris possit exspe-
dare hujus Philosophie studiosus. Numerandus
verò & Galenus est inter Aristotelicos: etsi interdū vo-
luerit videti Platonis studiosior. Namq; totam artem
medendi superstruxit fundamento Aristotelicæ do-
ctrinae de viribus tactilium qualitatum; nec nisi in pau-
cis ab Aristotele dissentit. Rechè certè rem putan-
tes non possumus non pronunciare Φιλοσοφηματι-
cius propiora Aristotelicis quam Platonicis esse sen-
tentiis: tametsi haud ignoremus posse id αρχέσθαι Vi-
deri.


XIX. Verum hæc operosè nunc ostendere a.
lienum



litionum ab instituto est. Fuit autem Galeno coævus Alexander Aphrodiseus; omniū Aristotelis Græcorum interpretum clarissimus. Eum sequunt post sunt Themistius, Simplicius, Ioannes Philoponus, Olympiodorus usque ad Mauritii Cæsaris tempora, fatalem illum Græcæ Philosophiæ terminum. Atque Patricius quidem plarorique hos indignos esse, Philosophi titulo existimat: sententiarum scil. Aristotelicarum potius indagatores quam rerum. Sed illi philosophari est idem quod ab Aristotelicis placitis dissentire, uti cuivis appareat ex euenti l. 12. tom. I. discussion: quo nihil est absurdius. Principio tamen certum est nullum horum integrum hanc Philosophiam scriptis fuisse persequutum: ut qui nihil de plantis, nihil etiam de omni animalium naturâ differuerint. Deinde & id res docet, neminem horum vel in meteorologicis, historiæ naturalis magnam aliquam peritiam ostentare: neque enim vel in Alexandri vel in Olympiodori est commentariis *isagogicis* quod non & Aristoteles habeat. Nec tamen porro potest negari demonstrandi artis fuisse illos longè doctissimos, nec solere eos pro scientiæ fundamento habere nudas Aristotelis sententias; sed illas interdum refellere, interdum & novis demonstrationibus confirmare. Vnde fortassis licet colligere: circâ partem communiorē hujus scientiæ quam optimè viros hos philosophatos esse: totum naturæ ambitum non itidem animo complexos *alio annuoq[ue]* rati, *ouj. Cœvōn[av]*.

XIX. Tenuerunt autem eundem philosophandi morem post omnes ferè & Arabes & Latini, & qui

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale




& qui Constantinopoli post renatam inibi eruditio-
nem floruerunt, adusque seculum Christianum
sextum decimum. Nam plerique ea tantum perse-
quuti sunt, que non operosâ adeò indigent expe-
rientialia: itaque & animalium & plantarum, & metal-
lorum, & lapidum, iudeo & eorum quae in quatuor me-
teorologicis differuit Aristoteles, naturam vel non
inquisiverunt vel valde perfundiorie. Vbi tamen
ab experientia rerum non potuerunt destitui (quod
sanè fit in illis communioribus) nihil his doctius di-
xeris aut subtilius. Nam qui plerisque illorum de-
sistis communioribus negat ~~etiam~~ differere,
aut non legerit illos oportet, aut si legerit non intel-
lexit. Eminent verò in Arabibus quidem Avicen-
na & Averroës. De quorum illo tamen hic scribit:
Tria ficerunt Avicennam errare in naturalibus scilicet in
experiencia, confidens proprij ingenij, & ignorantia lo-
gice. Quod judicium non est nunc meum vel pro-
bare vel refellere. Averroës certè fuit ingenij longè
acutissimi, & Aristotelicá Philosophia callentissi-
mus. In Latinis præcipuos meritò dixerimus
Albertum Magnum & S. Thomam: quorum il-
le nec animalium, nec metallorum, nec plantarum
naturam reliqui intactam, haud levem eorum o-
mnium peritiam nactus, ut qui & secuerit anima-
lia, & omnia metalla Germaniz sua ætate celeberrima
lustraverit, & chymicis operibus fuerit additus.
Hi sanè & alii optimi sunt philosophi etiam quum
minus compiti minusque boni, pra linguarum igno-
rancia, Aristotelis sunt interpres.

XX. Nec tamen qui hos sequuti sunt omnes
eandem laudem fortassis merentur. Videntur enim
haud



hanc pauci esse, qui ita, etiam de illis communissi-
mis, differunt, quasi dogmata Aristotelis aut alia scho-
larum placita vice primorum hujus scientiae princi-
piorum haberent. Itaq; autem nonquam aut perquam
raro physici argumentis utuntur, sed testimonio
vel ipsius Aristotelis, vel eorum quos credunt interpre-
tum optimos esse. Nec alud illos agere videoas, quam
sententias sententis opponere, easq; interpretatione
quada modo hoc modo illuc torquere. Accedit, quod
sententiarum Aristotelis, quamlibet eas semper in
ore habeant, validè sint imperiti, ut qui ipsum non le-
gerint, sed unum atque alterum nuperum interpretentur.
Quo ad Aristotelis sententias inquirendas nihil erit
incepimus. Optime enim Averroës 3. de anim. cap 30. Sed
illud quod fecit istum hominem errare, ut nos esset longo
tempore, est, quia moderni demissi sunt libros Aristotelis, &
considerant libres expounderum. Ad hec ipsi in Physicis
commentationibus agitant potius τὴν μεταφυσικά: &
præterea ea sèpè adferunt, quæ quotidiani ulus refel-
lit. οὐκέτι δὲ τοῖς Οἰνομένων λέγονται ὅπλογύμνεια λέ-
γοντες δεκάς, αλλὰ ποικίλοις τρεχοῦσι δεκάς προπέρας δι-
vagari. Quod Aristoteles de aliis dicebat. Hic certè quā-
tum absint à vera philosophandi ratione, quamq; in-
digni sint, qui aut philosophi aut Aristotelici dicantur,
nemini non ex iis quæ de naturâ hujus philosophiae
dissentimus, manifestum est. Neq; enim vere θε-
oroum docent sed dialecticè solum, arq; ad δόξαν. Ve-
ad scientiam hanc comparandam latius forte sit
Verulanium legisse quam aliquem hujus ordinis.
Est autem tamen corruptæ doctrinæ causa potissimum
etiam aeternitatem. Quo patet etiam hic locum habere, quæ



de Platone ac Democrito scribit Aristoteles *L. de gen.*
c. 2. Scilicet *ὅτι τὸν πόλεων λόγον, ἀθεραγῆτον τῷ οὐ παρεχούσῳ*
οὐσίας ἐλίξα Δῆμος τοῦ φαινούσης πάσον. Nec tamē omnes qui nulla sāpē adhibita alia ratione, Aristotelis testimoniō utūtū pro argumēto, hūjſunt rei *ψευδοφιλοσοφίας.* Sāpē enim adducitur ita ad partes Aristoteles, quomodo Euclideum suum laudant Mathematici. Nempe non aliter quām illum hic aut alibi demonstrasse ista quibus nunc argumentatio innititur.

XXI. Superiorē porrō sculo à nonnullis præclaris viris
ceptum iterum in *τὰ φαινόμενα* inquire: non tantum animalium & planetarum, verū etiam metallorum, aliarumq; rerum inanimatarum. Itaq; à nonnullis hæc philosophia haud paulo felicius quām aliquo ut ante seculis exculta est. Nonnulli tamen levī quadam rerum usu iustarim sunt inflati, ut contempita omni antiquitate, quasi & illa ejusdem cum iis quos ante produxi fuerit notæ, vix visa, non lecta, certè nō intellexerat. Monumenta exterminare sine conatu, novis sedis conditis. Quām feliciter tamen ipsis hi conatus cesserint res docet. Neque vero aliter poterū euenit, ut portu quām platiq; vix aliquam habuerint rerum experientiā, omnibus certè demonstrandi peritia defuerit, qua sine scientiis condere adiuvat. Ceteri & Ramus, & Brunus, & Paracellus & Tolosius & Patricius & Verulamius *τὴν ἀπαράδοσιαν* nunquam non ostendunt: quinimō platiq; horum demonstrandi artem non dubitant invidere. In uno Verulamio tamen laudaveris ratiā industriam obseruandā *τὰ φαινόμενα*: quām in reliquis studiis quæferis. Sed de Philosophia hūjus auctořibus *ὅτι τὸν φιλόσοφον* hæc fortè sufficiunt.

XXII. Solam historiam naturalem, non ipsam scientiam, ex veteribus prosequuntur sunt C. Plinius, ut animalium *Ælianuſ*, hujusque plagiatus Philes, solorum autem piscium Oppianus. Verū Plinius diligentem portas transcriptorem alienæ industrie esse quām nature obseruatorē cum aliij tum in primis Nicolaus Leonicensis præclarè demonstravit. *Ælianuſ* autem & Philes parum habent, quod Philopha posse inferire. Melior Oppiani labor: est autem & ille poetum in morem fabulū frāsus. Pertinent huc & ostentio ū scriptores: qui tamen nescio an semper mercantur fidem. Superiorē seculo animalia historiam Gessnerus portissimum & Aldrovandus, plantarum multi, suū terraneorum Agricola tradiderunt. Atq; hūjus quidem op̄a principia scientiæ suppedantur: reliquorum autem non item, ut alibi ostendimus. Nec tamen difficile fuit ex horum scriptis magnū regūnum nūmū ubi comparare. Verū & de his sat.

NA


NATURALIUM INSTITU- TIONVM LIBER I.

CAPUT I.

*Principium quid sit definitur, simulq;
ordinis ratio exponitur.*

Exordium hujus doctrinæ, usitato mo-
re, à principiis rerum naturalium fa-
ciemus. Id quod justo ordine fieri
parebit, ubi quid voce *principij* intelli-
gamus, fuerit expositum. Etsi enim
Aristoteles illam definitionem non
præmisserit initio, ut quæ omnibus solidioris phi-
losophia cultoribus (quibus sanè Aristoteles isthac
sua scripta) fuerit tum cognitissima: nobis tamen
idem non licet, quum hodie etiam de vocis illius ac-
ceptionibus disputeretur. Itaq; nunc quidem à defini-
tione isthac ordiri non utile tantum sed etiam ne-
cessarium est: non tantum quo ordinis ratio paret:
verum etiam quo toti de principiis tractationi lux
quædam præfulgeat.

II. Multa autem ac diversa significat vox *Prin-
cipium*. Omnes tamen eius acceptiones præclaræ in
unum collectæ ac digestæ ab Aristotle sunt s. Me-
saph. c. i. Vbi tandem rectè scribitur: πρῶτον μὲν ἐν κε-
ρῷ τοῦ θεοῦ πεποιητέας, ὅτιον ἔστιν, ἢ γίνεται, ἢ γίγνεσθαι.
Horum enim aliquid est omne quod principi voce
uiurpatur. Quapropter horum aliquid & nobis nunc
iste vocabulo significatur. Et quidem non intelli-
giens



gim⁹ principia cognoscendi complexa demonstratio-
nū Physicarū: hæc enim sunt propositiones primæ in-
demonstrabiles ac sensibus cognitæ; ut supra docui-
mus, adeoque distinctum planè genus constituant
principiorum ab iis ex quibus res sunt aut fiunt. Ne-
que enim nos fallere debet quod multos refellit, in-
terq; eos & Franciscum Vicomercatum. Hic enim
illo arguento, quo & alij utuntur, refellere Ioannis
Gandavensis illam, modò à nobis propositam, sen-
tentiam conatur l. i. de princip. natural. r. r. c. i.: quod per
eadem res sint & cognoscantur, aut ut clarus loquar,
quod cognitis demum principiis constitutivis rerum
ipſe res quæ ex illis constituantur innoscet. Est ve-
rò ambiguum sensus hujus enunciationis: *res composite &*
cognoscuntur ex principiis illarū cognitis. Namq; aut ita ac-
cipitur: quod eo ipso dum principia cognoscuntur &
illa quæ ex principiis sunt constituta sciantur; quo-
modo omne totum non aliter cognoscitur quam co-
gnitis omnib⁹ totius partibus. Aut ita: In rei compo-
sitæ cognitionem non deveniri quam ratione
ex principiis rem constitutib⁹, institutā. Atq; prior
quidem sensus verus est: alter verò falsissimas. Pri-
ore verò sensu posito, nequaquam sequitur: princi-
pia constitutiva esse principia indemonstrabilia sci-
entiae alicujus.


III. Cæterum de his paulò post iterum ali-
quid dicendum est: nunc satis est monere, non de
principiis illis complexis quæ appellantur, verū de
incomplexis, & quidem de iis ex quibus *sunt* omnes
res naturales, h.e. constitutūt, sermonem nobis fore.
Est autem de iisdem planè & Aristotelī sermo primo
libre



libro Physice auctorizationis. Itaq; commate, aut ut
loquuntur scholæ, textu 68. disputationem de nu-
mero principiorum hisce verbis concludit πόσαι ἀρ-
ιθμέας ταῦτα, οἵτε Φυσικῶν καὶ τοῖς πόσαι, εἴηται. Com-
mate vero 42. inquit: δει τὸ ταῦτα δέκας μήτε εἰδῶν
εἴησαν, μήτε εἰδῶν, η̄ οὐτανταν μάλιστα. Commate item
48. & 56. & 57. principijs vocabulum communat cum
voce elementi. Est autem omnibus quae elementa appellan-
tur commune; illud cuiusq; esse elementum quod primum cu-
rvis inest, ut recte scribitur s. Metaph. c. 4. Duodecimo
etiam Metaphysicor. c. 1. & 2. eodem sensu accipit vo-
cabula principij, elementi & causæ. Quis liquet, non
aliis de principiis agere & Aristotelem quam de
illis ex quibus intime hunc & sunt res natura-
les, adeoq; loqui & illum de principiis rerum natura-
lium internis: nihil etiam esse causæ quar interpretes
de significationibus trium istorum vocabulorum
multa initio physices acroaseos argutentur.

I V. Quanquam autem ex hisce facile cuivis
apparet, de quibus principiis agere nobis sit insti-
tutum; adhuc clarius tamen id explicandum fortal-
sis est, propter nonnullorum proterviam incertum an
inscitiam, quibus nihil satis clarum est et si solem ma-
nibus gestes. Omnia quippe in Aristotelicis istis de
principiis discursibꝫ homonymis esse referta ac am-
bigua, assert Patricius *somo 4. discurr. l. 1.* quem alij se-
quuntur. Videntur verò & ex amicis Aristotelicis
quidam nodum in scirpo querere quo ostentent in-
geni acumen. Sanè verum est, nullam esse vocem
ab Aristotele adhibitam, ut nec à nobis, explicandæ si-
gnificationi principij, quæ non à vitilitigatore aut

H 3 Sophi-



Sophista posse in attum aliquumque sensum rapi. Sed necnulla est vox ferè quæ non aliter atq; aliter possit accipi. Itaq; Sophistus quidem nihil clarè ac perspicue satis dici potest unquam, ne quidem ab ipso Deo. At postis certis illis interpretandi regulis, quas non humanum arbitrium sed ipsa necessitas constituit, cùm quid Aristoteles tūm quid nos significatum velimus nunc principij vocabulo, non arbitror posse amplius ambiguū esse. Attamen ne quis habeat quidquā quod caussetur, age soli nunc faciem accendamus.

V. Initio ergo *Principium* nobis significat primum aliiquid. Est autem primum quo aliud prius non est in eo genere quo est primum. Deinde vocabulum *sunt* significat nobis idem quod *constituantur*. Tertio etiā *Ex aliquo* diversis modis accipiatur (utī recte traditur *z. Meraph. c. 2. & 5. Metaph. c. 14.*) nobis tam nunc *ex aliquo* significat *ex aliquo immanente*. Ut *Principium* licet definire; *Primum ex quo immanente aliiquid constituitur*. Quo liquet, heic quidem vocem principij atq; elementi idem planè dicere, adeoq; hæc vocabula posse promiscuè hic usurpari: nisi elemētorum vocabulo corpora simplicissima appellare aërem, ignem, aquam, terram; ab Empedoclis usq; temporibus derivata ad nos consuetudine obtinerer. Certè cur ab Aristotele hæc voces hoc in negotio sine disertim ne sint usurpare, nemo non videt.

VI. Ex definitione verò hæc jam porro patet: si quidem alicujus rei multa fuerint hujusmodi principia; illi non posse neq; ex se mutuo esse, neque ex aliis. Si enim ex aliis principiis aut ex se-mutuo essent. utiq; prima non forent: Sed vel alia illa essent his priora, vel uiam esset altero prius aut posterius.

Quod




Quod si vero & contraria fuerint principia multo
magis id erit verum. Impossibile enim est ut unum
contrarium constituantur ex altero contrario, ut
pote quum contraria esse mutuo destruant. Quo
manifestum est, nugas agere aut, ut ille ait, cucur-
bita lippire qui eadem afferenti Aristotelii audent
reluctari. Est autem hæc plane natura omnium pri-
ncipiorū constituentiū rem aliquam, ceu facile appa-
ret. Ut proinde male scripserint Conimbricenses: pro-
nunciata isthæc Aristotelica ad sola Physica prin-
cipia pertinere: quos eo nomine reprehendit Men-
doza.

VII. Ceterum quo adhuc clarius pateat, quid in-
telligam⁹ principii naturalis vocabulo, etiam hoc ad-
dendū est: *Rem naturalē* nobis denotare quamvis sub-
stantiā per se & actu mobilē, quocunq; motus genere;
sive scilicet generetur sive alteretur, sive augeatur aut
minuatur, sive solum moveatur de loco in locū. Prin-
cipia ergo rerum naturalium sunt illa ex quibus pri-
mis res naturalis constituitur ut sit naturalis. Quod
est idem ac si dixeris principia rerum naturalium esse
quæ faciunt ut res generetur, alteretur, aut loco mo-
veatur: vel verō, quæ requiruntur ad generationem,
alterationem, aliosq; motus naturales. Quæ enim
intime constituunt illa per quæ res mobilis est actu ra-
lis, illa intime constituunt rem naturalem in quan-
tum est naturalis.

VIII. Saltim ex his ergo satis, nisi fallor, manife-
stum est quid velimus nobis inquisitione principio-
rum naturalium. Nihil autē dubito idem & Aristote-
lem velle. De principiis enim constituentibus loqui
se satis profectio indicavit dicens: *principia esse ex qui-*
bis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



bus sunt omnia. Neque vero quidquam causæ est, quae nonnulli interpretum suspicentur, Aristotelem alter atq; aliter capere vocabula, *sunt & ex quo*. Certe qui ita censem, justis hostium calumnis exponunt quem defendendum sumpserunt magistrum. Vocabulis enim ludere in re seria Sophistarum est non eorum qui requirunt vera. Atqui & qui ante Aristotelem sunt philosophati de principiis, non nisi de solis principiis res naturales constituentibus loquuntur sunt. Etsi enim pleriq; materialia tantum principia adduxerint, factum tamen id quod sola materiali causa constare res crediderint, reliquis ignoratis, uti præclare docetur *L. i. Metaphys.* Ita sane Thales arbitratus est res omnes aquam esse variè alterata: Heraclitus

Ig nem res omnis esse, neque ullam rem veram in numero rerum constare nisi ignem:
Democritus quamlibet rem constitui ex solidis atomis & inani: Anaxagoras

omnibus omnies
Resputat immisias rebus latitare: sed illud
Apparere unam quoius sunt plurimam ista,
Et magis in propria prima ergo in fronte locata.


Non alio autem sensu de principiis disputavit Aristoteles, quam eo quo à veteribus illis fuerat disputatum, uti ipse passim scribit, & per se unicuius possit patere. Induxit autem multos credere non agi ab Aristotele de solis principiis constitutivis, quod privationem principiis accensitam viderint, quæ tamen res naturales non videatur constituere; verum hi quantopere fallantur, infra monstrabitur.

IX. *Quum tale vero quid sit principium quale illud*

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



illud esse nos definivimus, non obscura amplius poe-
est esse causa quae doctrinam naturalium à princi-
piorum doctrinâ debeamus ordiri. Omnis nimi-
rem res intelligitur ex cognitione principiorum
rem constituentium, ut & antè est dictum. Tunc
enim demum rem aliquam intelligimus verè & non
sophistico more, quem minima quæque illius mens
penetravit. Sunt autem omnium minima, princi-
pia constitutiva rei. Quanquam vero ad plenam rei
alicujus intelligentiam non internorum tantum
principiorum sed & si quæ externa fuerint, requiri-
tur: illa tamen intelligere sine dubio, potior & prior
est perfectæ scientiæ portio. Rerum itaque naturalium
cognitio consistit in cognitione causarum &
quidem potissimum internarum, seu quod idem est
principiorum constituentium. Adeoque & exor-
dium hujus doctrina non aliunde faciendum est
quam ab omnibus rerum naturalium causis, & pri-
mo quidem ab internis seu ipsis principijs illis quo-
rum beneficio res naturalis est naturalis aut mobi-
lis. Est autem hic ordo communis omnibus scien-
tijs rerum compositarum. Quare & in ipsis Politici
illis observavit Aristoteles I. Planè autem
hanc causam ordinis & ipsem et Aristoteles indicavit
commate I. lib. I. Phys. Nequaquam enim illa:
νόητος διαδικαγμάτοις ἔργον τὰ αὐτὰ γνωστοφέρει τὰ
πείστα, οὐ τὰς δέξιας τοὺς πείστας, οὐ μεχεῖ τῶν συνχέτων: vera
sunt, de principijs cognoscendi, sed de solis principijs
essendi. Cognoscendi enim principia possunt
esse nota, iis, quæ inde deducenda sunt per ratioci-
nationem, ignotis. At principijs essendi cognitis
nota res integra est. Ut proinde ratio fugiat inter-




pretes qui de principijs cognoscendi isthæc accipiunt.

X. Ex his verò manifestum est quantopere halucinentur nonnulli qui omnem hanc de principiis doctrinam ad Metaphysicam ablegant, eo praetextu quod nulla scientia demonstrat sua principia. Hoc enim de cognoscendi quidem principijs verissimum est (illorum etenim natura adferenda est) verùm de essendi principiis nequaquam. Sed sicut communioris Physicæ est indagare quibusnam ex principiis constituentur omnes res naturales, ita doctrina de animalibus versatur circa animalium, doctrina de plantis circa principia plantarum. Imo cujuslibet scientiæ maximum est negotium de principiis subjecti sui. Certè quam maxime Aristotelii adversantur qui relegant hanc de communissimis naturalium rerum principiis doctrinam ab hac Philosophiâ. Hic enim accuratissimè eam tradidit: imò initio statim operis disertè profitetur, ut cujuslibet scientiæ ita & hujus esse circa principia occupari.

XI. Animadvertendum tamen est de principiis tria quæri posse. I. An quædem sint principia: II. Quid sint: III. Sintne isthæc principia rerum naturalium. Ultimum est unius Physici expedire: Metaphysici à Physico accipere. Eadem scilicet dicit & Metaphysicus esse principia corruptibilis aut omnino mobilis substantiæ: accipit verò demonstrationem hujus pronunciati à Physico, utpote quod non nisi Physico aliquo principio possit innouescere. Eapropter & Aristoteles non nisi paucis hanc doctrinam reperit 12. Metaphys. neq; quidquam nisi ex Physicis petitum adfert. Omnia verò illorum quæ

quæ principii loco sunt, essentiam expedire partim
Metaphysici partim & Physici est. Cujus enim na-
tura absque physicis principiis potest inquiri, imò
præter etiam mobilia entia invenitur, illius natu-
ram non potest Physicus indagare. Est autem tale
quid Forma. Quare etiam optimè ab Aristotele hu-
jus potissima doctrina sub finem libri primi & l. 2.
Phys. Metaphysico transcribitur, traditurq; præcla-
re 7. & 8. divinæ philosophiæ. Considerare verò &
materiam ut entis speciem, Metaphysici est: at quo-
niam ex propriis principiis suis nihil adferre de
illa potest, præter ea quæ à Physico accepit, itaq; ferè
in iis acquiescendum ipsi est. Quod itidem ab Ari-
stotele in Metaphysicis est optimè observatum. Sci-
licer bene Averroës l. 1. Metaph. c. 1: *Sapiencia hec est po-*
sterior naturalibus; neq; posuisset Aristoteles ad eam perve-
nire nisi perfectus in eius: unde omnes propositiones quibus us-
sus est in hoc dogmate, sunt us plurimum de sumptu & scientia
naturali. Superest primum. Atq; Simplicius quidem
credit Physici esse id quarere: Porphyrius autem
Metaphysici. In quam sententiam ille quidem indu-
ctus est, quod crederet omnes propemodū physicos
veteres & postillos Theophrastum id egisse. At
verò recte rem intuentibus apparebit inter pri-
mò cognita esse, emne quid est habere aliquod sui
ess principium. Itaq; fuerit omnino hæc cognitio
Metaphysices, inquantum illa est simul habitus
principiorum. Falsus verò est Simplicius in vere-
rum physicorum exemplo adducendo. neque enim
illi aliud quid quam quæ & quot essent naturæ
principia investigarunt: esse posuerunt. Quod ipse
Simplicius confessus est ut recte observavit Vicome-



catus. Qui ramenū unā cum Simplicio & aliis la-
pus est, credens Theophrastum id probasse naturali
quodam argumento. Non enim quidquam aliud
probavit ille quam rerum naturaliū non unum es-
se principium. Verba quippe ejus apud Simpliciū
hac sunt: ἐπει τοι ταῦ Φύσικά δέχασται αὐτὸν εἰς τὸ μὲν
Φύσικα σώματα (καὶ θάλαττας, πάντα δέ τινα δέχασται εἰς τὸ
σύγκειτον). At vero, ex eo quod compositū quid sit pro-
ximē ostenditur tantum pluribus id principiis con-
stare. Alias enim simplicissimae res etiam principia
sui esse habent sed simplicia. Quapropter ne quidem
opus Aristoteli est Simplicianā excusatione: quasi
ab Aristotele omisla hęc quæstio sit, ut res in Physicis
nota: non de omnibus autem rebus inquiri in scien-
tiis an sit, sed de his de quibus id meritò controver-
sum sit. Sanè notum id Physico est, sed non in qua-
tum Physico.

CAPUT II.

*Rerum naturalium affectiones de novo adeoq; ex-
non ente fieri probatur.*

Principia igitur rerum naturalium illa,
quibus constituantur res in quantum ulla-
modo moventur, querenda esse manife-
stum est. Foras autem frustraneum est
in hoc illud. Namq; ut olim ita & hodie multis
vitum est nihil generari aut cōtūmpi, quin imò nec
qualitatem aliquam quæ non semper extiterit de no-
vo incipere esse. Quanquam enim veteres cum re-
centioribus hisce non omni ex parte consentiant, nec inter
hos



hos recentiores plena dogmatum consensio sit, satis tamen constanter generationem corruptionemq; si non omnem saltim plerorumq; naturalium rerum, è medio omnes tollunt, etiam quando id dissimulant. Namq; Parmenides ac Melissus (ut verbis utar Aristotelis l. 3. de caelo c. 2.) ἀεῖλον ὅλως οὐκεν καὶ Φθοράν· εἴτε γένηται γένεσις, εἴ τη Φθορά ταῦτα, εἴλα μόνον δοκεῖ ηγῆν. Anaxagoras vero idem quoq; voluit ex parte: attamen reapse solū similiarum corporum ortum atq; interitum sustulit non autem dissimiliarum. Hęc enim ex compositione similiarum rerum confessus est posse nasci, ex dissolutione interire: sola autem similia esse ēterna atq; immutabilia, nisi quod ex parvis multis fiant quādem magna.

Offa videlicet e pauxillis atq; minutis

Opibus; sic & e pauxillis atq; minutis


Visceribus viscus gigni, sanguēq; creari.

Libro etiam, qui inter Hippocraticos censetur, primo de dia scribitur: Nihil quidem omnino perit neq; oritur quod prius non erat: verum invicem commixta & discreta alterantur. At homines existimant id quod ex orco in lacem angetur oriri: quod vero ex luce ad orcum imminuitur, perire magis q; oculis quam ratione fidem esse adhibendam. Ego vero distillatione exponam. Anima ita namq; sunt & illa & ista, neq; animal interire potest, neq; quod non est generari, cum non sit unde generetur &c. Porro & Democritus suas atomos & Empedocles prima elementa generari & corrupti negarunt: plerasq; item qualitates ēternas esse professi sunt.

II. Quae sententiae licet paulatim videantur antiquatæ, attamen nec defuerunt inter iplos tandem Aristotelis sectatores qui etsi aliquo modo, idem

13 tamen

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



tamen statuerent. Albertus enim Magnus ut & Iohannes Baccho horumq; sectatores formas substantiales certè æternas esse arbitrati sunt, materiæ scilicet primæ, quæ appellatur, quasi annexas. Quamvis enim noluerint videri diversum quicquam de generatione & corruptione substantiali ab Aristotele sensisse: verè tamen ex illorum sententia generatio nihil aliud est quam formæ jam ante existentis in lucem protractione: corruptio, ex adverso in orcum quasi immersio. Quo nihil ab Aristotelica sanè philosophia est alienius. Verè ergo & secundum illos nulla substantia de novo generatur, neq; esse desinit. Qualitates tamen rerum esse & non esse, evidentur concessisse: ut quas à formarum substantialium natura penitus esse diversas sunt opinati.


III. Ante hos centum annos, non sine tumultu quodam, idem defendi coepit unā cum aliis monstrosis dogmatibus à Philippo Bombasto Paracelso, quem sequuntur magno numero discipuli, illi qui nunc vulgo Chymici, Spagirici, vel Hermeticci audiunt. Et si enim valde inconstanter loquantur homines rudes ac nullis melioribus artibus exculti, nec omni ex parte idem cum Anaxagora dicant, plerunque tamen longè pejora adferunt, semper autem de novo quidquam fieri posse unanimiter dissentent. Tractaverò in eandem sententiam & alij multi sunt haud exiguae doctrinæ viri: quidam tamen magis, quidam minus. Quo factum ut formas substantiales quam multi hodiè immortales atq; ingenerabiles esse statuant; non æquè multi verò assertant sensibiles quoq; affectiones omnes esse sempiternas. Non idem autem sentiunt de sede formarum illa qua continet.



tineantur antequam in lucem prodeant. Nam I. Fer-
nelius in cœlo illas collocat : Iulius Caesar Scaliger,
quem hodiè plures sequuntur, in causa efficiente: Pa-
racelsistæ plæriq; in materia quadam seminali, aut
propriâ quam Cagastrum, aut communi quam Ilia-
strum fictis vocabulis appellârunt.

IV. Cæterum omnia quidam hæc examinare
hujus loci non est: non possumus tamen inquirere
in numerum atque essentiam principiorum ex qui-
bus res naturales sint nisi ante perspectum no-
bis sit, sicut illæ nec ne. Quod à perquam multis ho-
dieq; vocari in dubium constat. Ridiculum autē fue-
rit, quærere principia rerum ex quibus sint quæ sunt,
si omnino nō sicut. Itaq; id saltim nunc ostendendū:
verè de novo produci res naturales posse omnesq; e-
arum affectiones. Quanquam enim id inter princi-
pia sit scientiæ hujus indemonstrabilia, adeoque hu-
jus cognitio adferenda huc esset: attamen quo er-
rantes seducantur in viam, neq; nobis porro, quam
de Principiis nunc instituimus, investigatio turbe-
tur, inductione idipsum probandi onus non detre-
stabilis etiam hic suscipere. Simul verò inde lique-
bit, quicquid generatur ex non ente generari, atq; in
omni plane muratione fieri progressum à privatio-
ne. Quod scire in sequentibus haud parum pro-
derit. Initio verò probabimus omnes omnino sen-
sibiles affectiones produci subinde de novo quum
ante non essent, ac vicissim quū ante extitissent pōst
non esse. Sunt autem sensibilia omnia aut commune
mnibus vel plærisq; sensibus, aut unialicui propriū
objectum. Quare primū de communib; sensi-
bili-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



bilibus quā appellantur manifestum id reddemus,
mox idem & de propriis ostendemus.

V. Igitur primō numeros de novo oriri & vicissim
interire potest docere omnis fractio & omnis cōpo-
sitio. Fractione enim ex eo quod non erat multiplex,
fiant multa in infinitū usq.; Compositione verò ex
multis, h. e. ex non uno sit unum, sive continuitate si-
ve alio modo. Similiter & figurās innumerās de novo
fieri indies & vicissim non esse, vel solē res flexibiles o-
stenderint. Una enim eademq; res innumerās potest
in figurās mutari flexione sola, quae modō sint mo-
dō non sint. Neque enim in filo glomerato si-
gura est oblonga teres, quae adeit in explicato: sed
dum explicatur ex non oblongo fit oblongum:
dum glomeratur ex non rotundo fit rotundum. Par-
ratio autem de aliis est figuris. Porro motū loca-
lem nunc esse nunc non esse non minus sensibus o-
mnibus pater. Itaque & hunc solum ferē admittunt
post veteres illos nuperi noyatores. Patet autem
non minus ex non motu fieri motū; & tendere motū
ex non Helmæstadio (ex. gr.) Helmæstadium, a-
deoque fieri & in hoc motū progressū à privatione
ad habitum.

VI. Pergimus ad propria sensibilia; & quidem
initio ea quae sub visum cadunt. Lumen modō esse
modō non esse, sola aliqua flamma monstraverit, sive
illam excites sive extinguis. Ex non luminoso ita-
que potest fieri luminosum, & per consequens ex nō
actu perspicuo actu perspicuum. Neque enim de-
lituit lumen in silice & chalybe jam prius quam flam-
ma ex concusso eorum fieret. In tenuissimum enim
pul-

pulverem vel atomos (si fieri id liceat) comminutus vel silex vel chalybs non lucebunt quicquam, ali- quod lumen certe sparsum si jam tum actu inciser. Dicere verò, esse ibi lumen sed non videri posse, est sensum judicium tollere. Similis ratio autem col- lorum est omnium. Una enim eademq; res modò tota est nigra, modò tota est alba, modò alios habet colores, nulla facta adjectio ne sed per mutationem internam. Patet id de coloribus quidem instabilibus in phiala aquæ plenâ, in guttis aquæ, in chrysallo & aliis transparentibus rebus si luci exponantur. Colorantur enim variè hæc momenti spacio iis colo- ribus qui neq; in aëre ante adfuerunt neq; in ipsis il- lis rebus. Patet de coloribus magis stabilibus, in qua- vis re igni exposita. Imo doceat id vel sola nix quæ integra alba est, colliquata non item, ex qua si fiat glacies iterum novus color prodit. Vel potius do- ceat id solum chalcanthum, quod sibi relictum viride est aut coeruleum, liquore solutum nigerrimum.

VII. Porro & sonos fieri de novo & mox desinere esse, surdus est qui neget. Nisi fortassis dicere velit: semper quidem esse omnes sonos sed non à no- bis observari propter consuetudinem, quod de har- monia cœlestium ridiculè affirmabant Pythagoræ. Sed tam stultam responsionem refellere fuerit forte & ipsum inane ac stultum.

VIII. Iam verò & odores de novo fieri vel solæ feces alvi indicaverint factore suo, aut aliud aliquod putrescens. Neq; enim ille factus fuit in alimentis aut re integra. Imo hæc sèpe sunt odoratissima. Par ra- tio saporum est. Etenim dulcia se in bitem vertunt, o- mni dulcedine amissa. Nec tamen ea fuit amarities



actu in dulcibus; vel minima enim ad sensum particula mellis, dulcis non amara sentitur. Notum quoque est, salē nostrū vulgārem arte mutari posse in saccharinæ dulcedinis lapillos; nec tamen in sale integrō talis dulcedo aliqua est, cœu ex minimissimo (ut ita loquar) granulo apparet.

I X. Amplius & tactiles facultates eodem se se modo habent. Liquidum enim & consistens fieri de novo, vel sola glacies & aqua monstraverint. Glaciei enim consistentia utiq; nec in aqua fuit actu ante conglaciationem: nec post resolutionem remanet. Similiter nec liquiditas aquæ est in glacie, sed nascitur glacie colliquecente. Nec horum quidquam extrinsecus fuit in tractum: utpote qua non possint à subjectis suis separatim existere. Tum vero à frigore fit conglaciatio: à calore liquatio: nec tamen vel frigus est durities vel habet duritatem, vel calor continet liquiditatem. Sic & cera modo molitic prædita est modo duritie. Sed nec alia ratio est caloris ac frigoris. Etsi enim hic pallium videantur habere novatores, quasi res omnis incalescat ac refrigeretur, extrinsecus insinuatis corpusculis calidis ac frigidis à generante caussa, faciliter tamen negotio & hic falsi convinci possunt. Multa quippe incalescunt per motum: multa per ærificationem. Ut enim Lucretius,

— Sepe in magnis fit motibus (inquit) ut alia Arboribus vicina cacumina summa terantur Inter se, val. dis facere id cogentibus Austris.

Donec fulgerunt flammæ flore coortæ.

Et non est lignis ramen inditus ignis.

Quod si tanta foret silvis abscondita flammæ:

Non




*Non posseent ullum tempus celarier ignes,
Conficerent vulgo silvas, arbusta cremarent.*

Sed nec in aere tantus est calor qui possit incendere. Nec ipse motus est calidus, cœu est manifestum. Vt omnino pateat illum de novo productum esse quum ante non existeret. Calx etiam affusa aquâ longe majorem concipit calorem quam habebat ante. Fuit enim quidem jam prius calor in calce: at profecto tantam vehementiam caloris adfuisse quanta post affusionem adest, repugnat sensibus. Eadem ratio est illarum exæstuationum quibus sponte sua mustum similesq; succi sâpe effervescent: aut ejus, quæ in tartari vitriolati, quem nunc appellant, apparet confectione. Non tantum autem primæ qualitates tactiles hujus naturæ sunt, sed & omnes secundæ: ut, considerantibus facile cernitur. Sed & gravitas ac levitas fiunt de novo, quod vel solum argentum vivum doceat quo nihil est gravius, at igne si urgeatur sursum a volat unde iterum gravitate recuperata descendit. Igitur ex non levi fit levitas & ex non gravi gravitas.

X. In augmentatione deniq; ac diminutione unâ eandeq; rem magnam & parvam reddi, eðq; ex non magno magnū, ex non parvo parvum, similiter oculis ac manib⁹ patet. Dices fortè: illas quâtitates revera neq; fieri tum neq; perire, sed tantum advenire & recede-re. Esto, magnitudo tamen & parvitas sit, neque fuit illa ante nisi potentiam; quomodo lateres disjecti non sunt paries actu sed potentia. Attamen & ipsam quantitatem ex non quanto fieri idemtidē, & vicissim perire in non ens, testatur rarefactionis & condensatio-nis natura. Quando scilicet aqua & aër rarefiunt, no-

K 2 ya quan-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



va quantitas generatur, quæ ante non erat. Sed illud alias clarius ostendemus.

XI. Ex quibus manifestum est nullam esse sensibilem quidem affectionem naturalium rerum quæ non fiat idem tidem de novo ac vicissim intereat. Potest verò idem haud difficulter probari & de iis affectionibus quæ sensus fugiunt. Sufficerit verò nunc fortassis solo habituum animæ exemplo uti. Namq; docet sanè experientia, Virtutes morales atq; scientias neq; nasci cum hominibus, neq; extrinsecus infundi, sed in ipsis de novo excitari. Idem mox & de congenitis facultatibus animatorum corporum probabimus.

XII. Hæc ferè omnia profectio ita sese habere, docent nos sensus. Nisi itaq; hi nos fallant, vera omnia sunt quæ attulimus. Non possunt autem nos fallere sensus circà proprium objectum. Utq; unus forte nos fallat, visus, scilicet, aut gustus, aut olfactus; omnes tamen æquè nos fallere adūlāt̄ est. Singuli verò sensus de suis sensibilibus testatur, fieri illa per frequenter quam ante non essent, & versa vice interire. Quid quo' duo sensus de communī aliquo sensibili idem testentur? Figuras sanè innumeris modis denudò fieri & perire, & visus & tactus asseverat. At verò si nec duorum consentientium sensuum judicio est standum, nihil reliquum est, quām ut Scepticorum ignorantiam profiteamur. Quicquid verò sit, certè sensus pugnant pro nostris partibus: quod jam olim faceri coacti sunt contraria sententia propugnatores, uti vel ex solo constat testimonio libri de Dīta supra adducto. Causa vero tam confessa sensibus negandi, nec olim fuit, nequè hodiè alia est quam

quam ignorantia entitatis potentialis. posito enim,
ex nihilo nil fieri, nihil etiam ex non ente fieri posse
persuasum est. Quod tamen procul à vero discede-
re mox erit manifestissimum.


C A P U T III.

*Formas substantiales ex non ente fieri, seorsim
ostenditur.*

Voniam verò facultates sensibiles atq; in-
telligibiles rerum corruptibilem & alte-
rabilium fiunt ac pereunt, non possunt et
iam non formæ quoq; substantiales idem
pati. Appello autem formam substantialem id per
quod quælibet substantia est id ipsum quod est, aut
essentia substantiæ cuiuslibet. Quale quid cuilibet
substantiæ esse, est fortassis inter primò cognita: tan-
tum abest ut indigeat longa demonstratione. Cerrè
has qui negant, non videntur intelligere satis quid
dicant, quidq; significant isthac vocabula quibus
utuntur. Tantum minus certum possit videri, id
quod dicebamus: ex eo quod constat sensibiles atq;
intelligibiles naturalium substantiarum facultates
nasci ac interire, de formis quoq; earum substanti-
alibus idem liquere. Nam Latina ferè omnis Philo-
sophantium schola substantiales formas planè di-
stinctum ab illis facultatibus entium genus credit
esse. Sed & antè illos nonnullis Arabum idem visum:
cum primis Avicennæ atq; Averroi. Conantur por-
to hi in suas partes Aristotelē trahere. Cæterum Græ-
cos sanè Peripateticos omnes constat pro formis sub-
stantiarum habuisse universas facultates sive sensibi-
les sive intelligibiles quibus substantia aliqua natu-

K 3

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



ralis in esse suo constituitur. Ut forma sit *αἴθοπά*
σύλληψις μὲν τὸ φύσις: quæ verba sunt Simplicij l. 2. Phys. com.
11. Formā elementarē scilicet ignis esse caliditatem ac
ficcitatē, formam aquæ liquiditatem illam cum fri-
giditate conjunctam, formam corporum similarium
uniuersitatisq; temperamentum: formam dissimila-
rium viventium, facultates illas quæ unitæ quoli-
ber in animali dici anima solent. Quam sententiam
esse quidem ipsius Aristotelis, plurimis ejus testimoniis
facile est ostendere: esse autem etiam veram, par-
tita infra, ubi de qualibet seorsim substantia natura-
li fuerit agendum, partim alibi docebimus. Namq; &
hoc nunc quidem docere alienum fuerit: præsertim
quum illa quæ maximè hic controversa sunt; siue o-
mnis forma planè simplex quid, posse ne idem modo esse acci-
dентale modo substantiale, forma substantiales depende-
antne à materia in fieri & esse ut accidentales, an vero per se
quodammodo debeant subsistere, ac similia: transnatu-
ralis potius sit scientiæ expedire. Sufficit interim, u-
nius B. Pererij, viri doctissimi, Latinorum opinionem
probaturi ingenuam confessionem annotasse, quæ
habetur l. 6. de reb. naturalib. cap. 2: *Effe formam sub-
stantiale in rebus naturalibus re diversam à materia primâ
& accidentibus, licet, (ut multi putant) non omnino firmis &
necessariis rationibus evidenter concludi posse: ramen potest
argumentis satis profecto verisimilibus & probabilibus ostend-
di.* Quanquam & hoc interim notasse haud abs re
fuerit: quod omnium illorum argumentorum, quæ à
Latinis diversa hec adducuntur, ne *γένος* quidem omni-
bus in Aristotelis libris inveniatur. Id quod (nisi
fallor admodum) haud est leve argumentum, Aristo-
telem minimè cum illis facere.

Il. Cæ-



II. Ceterum si vera est illa sententia quam profitemur, similiter sensibus evidens profecto est substantias aut formas substantiales de novo produci & rursus interire, adeoq; cum Alberti illam & Paracelsistarum, tum Scaligeri illam de formarum actuali ante generationem existentia opiniones longe esse falsissimas. Potest tamen & aliunde illatum sententiarum absurditas facilis negotio patescere. Forte autem suffecerit refutatio levitatem argumentorum, quibus istae nituntur. Est enim una potissima errandi causa, quod ex non ente nihil quidquam fieri posse arbitrii sint, neq; potuerint satis aequali illud *ex potentia materia* fieri. Isthuc vero sequenti capite, sole (nisi fallor) clarius reddemus. Ceterum etiam hic nonnulla alia adferre operae forte est pretium; quo confessis penitus novis istis erroribus expeditior sit philosophandi via, utq; antiquitati honos suus maneat illibatus.

III. Antea vero quam pergamus, iterum repetendum forte fuerit quid *forma* significet. Neq; enim omnes idem illo nomine intelligunt. Vsurpatione vero vocis incertâ, omnia sunt aut incerta aut falsa ubi ejus aliquis usus est, quod fit infinites. Multis autem hodiè forma est, non qualibet integra alicuius rei essentia quemadmodum nos paulo ante vocem illam accipiebamus: sed potior tantum aliqua essentiæ portio. Itaq; quidditatem substantiarum generatarum non formâ solâ ajunt constare sed & materiâ, aut verò accidentibus: significates materiæ vocabulo ferè id quod corporeū est, qua de acceptione infra latius differemus. Per multum autem inter utrâq; est acceptio. Primâ enim multa ad formam dicen-



dicentur pertinere quæ secunda usurpati one materiæ
adscribenda sunt, & viceversa. Ita secunda usurpati
one tota temperatura ræctillium qualitatum quæ in
auro est potest ad materiam auri referri; ut forma ejus
sit nescio quid occultum: primâ verò occultum
illud portio quidem formæ item fuerit, rotæ autem
forma minimæ. Quapropter non bene fortassis scri-
psit Pererius l. 6. c. 8. utentium arbitrio hæc significa-
tiones committendas esse. Namque si Aristoteles
profecto prima acceptione vocem illam usitavat:
non potuerunt non admodum falli, qui opinantes
secundam usurpationem & ipsi familiarem fuisse,
quæ ille de tota rerum essentia pronunciavit, de po-
tiore quadam ejus portione, sunt interpretati. Nos
quoq; decipiemur plurimum, si quibus secunda illa
acceptio sola in usu est, eorum dicta velimus exigere
ad ea quæ de tota essentia solum sunt vera.

IV. Ut itaq; rem expediamus, Aristoteles sanè to-
tam rei compositæ quidditatem formæ vocabulo
tam multis tamq; claris verbis idem tidem circum-
scriptis, ut omnia loca velle allegare dementis fue-
rit. Sufficerit nunc notasse, formam illi alijs λόγοι
seu descriptiōnē rei, τὸν λόγον τοῦτον, οὐδὲ κανεὶς. c.
perfectionis omnis quasi possessionem, appellari. Ex
quisbus quid sane Aristoteles formæ voce sibi volue-
rat facile appareat. Accepere eadem significacione
hoc nomen & alij Græci, ut similiter plurimis testi-
moniis alibi probabitur. Interim nonnulla apud
doctissimum Pererium legi possunt l. 6. c. 7. Sed & in-
frā ostendemus hac significacione omnino usurpan-
das hæc voces ab omnibus, qui tria solum rerum
naturalium principia, aut quatuor solum causas a-
gnos-



gnoscunt. Certè qui aliter hanc vocem accipiunt
in Aristotelis voluminibus, & se & alios maximè de-
cipiant, inq; inextricabiles errores non possunt non
incidere, utut distinctionum nec modum nec finem
faciant.

V. At vero sic constitutâ *Forme* definitione,
impossibile est ut omnes naturalium rerum formæ
sint omni ex parte æternæ, atq; vel in materiâ prima
aut seminali quodam corpore ante quam prodeant
in lucem actu delituerint, vel in efficiente causa. O-
mnes certe sensus præexistentiam illam refellunt.
Qui enim omnia attributa essentialia ignis flam-
mantis in oleo, in aqua aëris illius qui inde produci-
tur, in homine vivo omnium vermiū, plantarum & ani-
malium aliorumve quæ ex cadavere ei⁹ possunt nasci, in
parvis seminib⁹ aut humorib⁹ terræ postremò quer-
cuam essentiam omnem actu recondi, non dubitat af-
ferere, ille profecto omne sensuum judicium tollat
necessitatem est. Certè ne Anaxagoras quidem ita insani-
vit. Similares enim substantias creditit quidem æ-
ternas esse, dissimilares vero minimè. Itaque ossa
minuta & carnem minutam, & pusillum sanguinem
in pane delitescere quidem credidit; ipsum
autem hominem aut canem fieri de novo concessit.
Neq; vero ossa, caro, nervi, aliaeque partes disjectæ
manus ex causis aut pes sunt: quemadmodum nec
calx, lateres, aut ligna disjecta sunt actu domus, sed
si inter se se composita omnia sint quæ debebant.
Certè qui formas substantiarum negant fieri ex non
ente, debent confiteri necessariò: non tantum simili-
ares partes minusq; compositas non fieri de novo,
sed totam essentiam rei ita jam cum aut in materia

L

aut

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



aut in efficiente causa ante extitisse, quomodo extitere solent aut debent, quum actu id sunt quod esse debent. Nempe in semine aut sanguine canino jam tum existere canem integrum non disiectis hinc inde partibus, sed compositis & constructis debito modo. Quod si verò id absurdum est dictu, (ut sane est dictu absurdissimum) falsum quoque est, nullas produci substantiarum formas aut essentias, quum nondum actu existerent: verum est contrà, illas ex privatione aut non ente fieri.

VI. Cæterum fortassis ne sic quidem omnis elabendi via adversæ sententiae præclusa est. Sunt enim primò qui negant ad canis, ex. gr. aut leonis, aut bovis essentiam pertinere illam corporis structuram. Deinde non desunt inter Paracelsistas, qui integrum & jam constitutum canem in sanguine aut semine delitescere opinantur: latere id nos tamen ob partitatem. Verum enim verò negare primum illud, est idem atque adfirmare, canis alicubi essentiam esse ubi non est canis, aut verò esse canem id quod ne sentire quidem potest adeoque nec animal est. Est enim animal quod potest sentire. Ut scilicet animal possit sentire, requiritur necessariò certa constructio partium, multò magis ut reliquas possit obire functiones canis aut bovis. Alterum, præterquam quod sine causa credatur, etiam falsissimum est. Namque tam parvum quid quod ne sentiri quidem potest, non potest esse canis, nisi æquivocè. Quomodo nec domus est quam nemo potest inhabitare, nisi itidem æquivocè. Illæ enim res demum verè sunt, quæ fungo officio possunt propter quod sunt conditæ.

VII. Non tantum autem evidens sensibus est

sub-



Substantias dissimilares revera de novo generari, sed
idem liquet etiam de substantijs similaribus. Primò
enim simplicissimarum substantiarum formas aut es-
tentias non delitescere actu ante earum productio-
nem in materia ex qua generantur, exemplo est, aér,
qui profectò non est actu in aqua, quando tota aqua
in aér mutatur. Sed nec ignis est in oleo, ille q̄ luce
in flamma. Nec aqua est in aëre in quam aér transmu-
tatur. Quis porrò dixerit omnes illos vapores, aut il-
los fumos actu esse in aqua aut ligno integris & sibi re-
lictis, qui per ignem excitantur? Similiter in melle bi-
lem amarissimam inesse negant sensus. Nec in pane
sanguis, aut os, aut caro aut nervus deprehenditur.
Ne in lacte quidem integro caseus aut butyrum est a-
ctu (quod tamen multis est decantatissimum) sed tan-
tum potentia: ut enim adsint, necesse est fiat transmu-
tatio beneficio caloris. Illi verò in eo maximè fallun-
tur, quod ponentes antè omnia, nihil de novo fieri,
omnia quæ producuntur separatione solà colligant
produc. Ast verò sensus omnes docent, non esse illa
actu in materia quæ ex illa generantur.

Conveniebat enim (ut rectè canit Lucretius) fruges quoq;
Robore cum faxi franguntur mittere signum (jepè minus de
Sanguinis aut alium in nostro qua corpore aluntur.

Quum lapidem lapidi terimus, manare cruxorem:

Consimili ratione herbas quoque sapè decebas;

Et laticis dulcis guttas similiq; sapore

Mittere, lanigera quali sunt ubere lattie.

Scilicet & glebis terrarum saepfriatis

Herbarum genera & fruges frandesq; viderò

Diffracta, atq; in terris latitare minutiæ:

Postremè in lignis cinerem sumumq; viderò,


Cum praefacta forent, igneisq; lateri minutiæ.

Quorum nil fieri quoniam manifesta docet res:

Sci're licet non esse in regnum res ita missæ.

L 2 FOX-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



Porrò eodem gramine nutritur bos, ovis, capra, equus, adeoque ex uno gramine fit caro bubula, ovina, caprina, equina: Carne dein bubula vescitur ac nutritur homo: ex humana carne nascuntur vermes omnis generis: vescitur humana carne corvus, canis, leo, lupus, ursus. Quod si itaque omnia illa actu sunt in materia quæ ex illa generantur, jam profectò in gramine reapse fuerit caro omnis generis & in carne integrâ hominis caro corvina, canina, &c. item vermes delituerint necesse est: quo nihil est absurdius dictu. Ulterius docent nos sensus sèpè totas substantias in aliás mutari nulla facta separatione. Ut tota aqua in vapores abit, aut in glaciem, aut in aërem, aut in grandinem. At profectò tota aqua integrâ non est glacies, aut vapor, aut aëris. Porrò nec id cuiquā est ignorum, res similares plurimas fieri per compositionem disjectarum ante partium, nec tamen res ille disiectæ sunt actu composita illa substantia. Neque enim simplicia medicamenta unde consistunt theriace, sunt ipsa theriace. Saltim ergo illæ substantiae sunt de novo quum non existissent.

IIX. Quemadmodum verò sensus docent, substantias simulares verè non delituisse in materia ante generationem: ita profectò idem docent nullā causam efficientem totam essentiam de suo largiri, sed ex subjecta materiâ accipere substantias essentiâ suam, si nō omnem certè maximâ ex parte. Sed nec quisquam ita haec tenus insinuit, ut in illam sententiam devenerit.

I X. Quapropter etiam id maneat constitutum: formas substantiarum verè ex non ente fieri; quum nihil sit magis sensibus exploratum. Videntur autem etiam illi id concedere, qui negant verbis formas substantiales ad eum modum produ-

et. Namque illi Formarum vocabulo intelliguntur,
non tam totam rerum essentiam quam aliquid ne-
scio quid à quo ultimum sive essentiae complemen-
tum substantia accipiunt. Quare has formas co-
gnominant Physicas, illas vero de quibus nos egimus Metaphysicas. Ceterum sicutiam esse hanc
distinctionem, & Aristotelicæ quidem Philosophiae
adversam alibi monstrabitur. Licet vero haud diffi-
cile probare, etiam si concedatur illud ultimum
complementum cuiuslibet substantiae esse ejus for-
mam, illas tamen sententias de formarum istarum
perenni existentiâ inanis ac falsas esse. Nec tamen
utendum hic argumeatis illis existimamus, quibus
multi hasce opiniones penitus confodi posse arbit-
rantur. Colligunt enim illi : Si forma illa semper
existerunt, ergo nulla est rerum generatio. Item : non
posse illas alibi esse quam ubi res ipsa sunt, cuius sunt forme,
quoniam alias essentiæ rei alicubi esset, ubi res ipsa non est.
Neque enim ulla est harum argumentationum vis,
nisi per formam intelligas totam rei quidditatem.
Quod tamen nec illi qui ita ratiocinantur, nec hi
contra quos ratiocinantur formæ voce significant.
Scilicet errandi causa est, quod quæ de totis rerum
essentijs recte demonstravit Aristoteles, illi suis istis
formis attribuunt. Ceteroquin vero perspicuum
est : id quod perficit aliquam rem non necessariò
producit de novo in ipsa rei productione, sed satis es-
se si tunc jungatur iis quæ perfici debent. Similiter
liquet : id quod aptum natum est aliquam rem per-
ficiere, possit existere extra rem perficiendam. Ut non
opus sit tam anxie cū Fortunio Liceto ex eius opere de
Spontaneo irruptioni mortuorum, isthuc ipsum probare. Verum
nos his rejectis alia nunc adducemus. L 3 Vt



X. Ut autem prius cùm Alberto & Bacchone
agamus, qui has formas suas in materiâ primâ ceu in
vase quodam credunt delitescere: initio apparet, hu-
jus sententia introductione non tolli difficultates
doctrinæ de productione rerum ex non ente. Po-
namus enim illas formas substantiales delituisse: ad-
huc supererit quæstio, unde nam sint omnes corpo-
ræ affectiones & qualitates substancialium. Eadem sa-
nè & hic difficultas est. Deinde: alias pluribus ostendemus,
corpora inanimata omne suam perfectio-
nem debere sensibilibus attributis: modò autem pro-
babimus luculente, fieri illa de novo neq; semper exi-
stere. quare nec formæ Physicæ quas appellant deli-
tuerunt in materiâ primâ ante earū productionem in
lucem. Porrò, si omnes formæ illæ actu & per se exi-
stunt, ergò darur infinitum actu in rerum naturâ. V-
na enim eademq; substantia similaris potest in infinita
substantias dividî. Quod si ergò omniū partiu formæ
semper existunt numero inter se differentes, utiq;
in quolibet corpore continuo actu infinitæ numero
formæ inerunt. Id quod tamen ipsimet etiâ credunt
falsum esse: imprudentiores hac parte ipso Anaxago-
ra, qui infinitatem actualē admisit. Ipsi præterea
hujus sententiæ patroni in angustias fese conjiciunt,
quando unam numero formam non nisi unam numero
substantiam profitetur posse perficere. Inde enim
sequitur, omnes formas rerum jam corruptarum su-
peresse quidem sed frustrâ, utpote que nullum amplius
usum habeant. At in rerum natura nihil est fru-
strâ. Postremò sufficit huic sententiæ refellenda illud,
& omni illa careat fundamento, neq; aliundè quâma
exigoratione entitatis potentialis sit nata. Tacebo
enim

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel




enim nunc, quod Aristotelis dogmatibus plurimis illa modis aduersetur, quorum tamen auctoritatem ipsi fecerunt maximi. Certe tota Aristotelis de materia & forma philosophia aperta fronte cum his sententiis pugnat. Quemadmodum ex parte jam visum est, ex parte infra aut alibi apparebit.

XI. Major adhuc absurditas est Fernelianæ ac Scaligeri sententia. Namq; primò aut vocabulis ludunt, aut sibi metiis contradicunt, generari enim ajunt formas nec tamen de novo fieri, quum tamen generari & de novo fieri idem planè significet. Quod reūs Veteres obseruaverunt, negantes quidquam generari, quum fieri de novo nihil posse arbitrarentur. Secundo, non omnes certè substantiæ ad hunc modum accipiunt suam illam formam: inanimatorum enim perfectiones ultimæ ad sensibiles pertinent affectiones, quas de novo fieri ante est ostensum. Patet quoq; sensibus, nullum artificem aliquid sui in substantias artificiales insinuare quo perificantur, sed tantum per transmutationem materiæ artefactæ fieri. Vnde id fatim colligitur: ad quamvis forme substancialis productionem non requiri id quod illi voluerunt. Ad hoc, notum vel ex historiâ sacrâ creationis est, res sublunares privatim accepisse progenrandi facultatem, immo herbas ac reliqua vegetabilia habuisse illam vim ante fidet a condita itaque vel hoc solùm sufficiat refellendæ Fernalianæ quidem sententia. Neque enim nunc adducam declamationibus illum potius sua probare quam argumentis: neque ullam apparere probabilis argumenti vim, quâ illa quidem sententia possit colligi. Contra Scaligerum porrò seorsim facit l. hoc: si generans generat tantum insinuando aliquid suæ illius formæ in id quod generatur, ergo necessariò omne generans fuerit univocum cum generato. At consequens falsissimum est, quicquid

etiam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



etiam dixerit Fortunius Licetus *I. de spont. vident. ortu*: ut
& ipse Scaliger confitetur cum alibi *tum ex. 6. §. II.* 11. Si
ad illum modum propagantur istæ formæ, ergo in omni
generatione sit divisio formæ ejus quæ inest generanti:
quod ipsum non obscurè Scaliger fatetur *I. c.* & fateri o-
mnino cogitur, utpote quum traductio aut promotio illæ
ne singi quidem possit sine divisione. Alt verò falsum
id est. cateroquin enim aliquod simplex semetipsum pos-
sit dividere; omnis quoque generans dum generat sese
deltruere; item primus speciei alicujus propagator
habuisset magnam admodum sive animam sive formam,
minorem post sequuti: postremò omnis ultima perfe-
ctio haberet propriam quantitatem, adeoque non pos-
sit in qualibet rei cōposita parte esse, sine corporum
penetratione. III. Formæ illæ rerum corruptarum ubi
manent, aut in quem usum manent superstites? Video e-
nim Scaligerum nolle ut una numero forma bis infor-
met. Fuerint ergo frustra in rerum naturâ.

XI. Suboluit nonnullis ejus viri sectatoribus hæc
sententia: istius absurditas, itaque negant fieri illam
traductionem formarum per divisionem aut *μεταβολήν*, sed per *απόστριψιν*. Quare hactenus quidem be-
nē sentiunt: in generatione illas formas suas de no-
vo fieri: at iudicem malè ergo negant illas ex non ente
fieri; namque hoc ipsum adeò est fieri quum ante
non existerent. Perperam quoque retinent vocem
traducis rapsæ negantes traductionem. Est enim
tradux aut rumpus vitis propago ab arbore una in alte-
ram arborem traducta. Cum primis verò peccant
quando fieri ac generari concedunt illas suas formas,
nec tamen explicant unde siant, ex materia ne an
ex nihilo. Verùm hæc redargutio ad sequentem per-
tinet tractationem,


CAPUT IV.

Demonstratur ea quæ sunt non fieri ex nihilo sed ex ente potentiali, idq; esse materiam.

Væcunq; verè sunt antequam sunt non extitisse actu, sed ex non ente fieri ea, quæ sunt, adeoque in omni mutatione dari progressum à non-ente ad ens ; ex supra aliatis cit manifestum. Nunc porrò videndum an ea quæ sunt antequam fierent prorsus nihil fuerint, cumq; vicissim corrupti abeantur in nihilum. Qui enim antē Aristotelem naturæ res scrutati sunt cœu certum ac constitutum posuerunt : *nihil ex nihilo fieri, nec quidquam in nihilum resolvi; eoq; negarūt quidquam verè fieri, quasi verè fieri sit ex nihilo fieri.* Posteriorum tamen nonnulli concedentes verè aliquid fieri, id quod nos ante demonstravimus, non dubitarunt disertè afferere: *omnia fieri ex nihilo & in nihilum corrupti: nonnulli non quidem disertè id affirmârunt, ea tamen dixerunt unde non possit non iſthac sententia colligi.* Namq; Ioannes Grammaticus Alexandrinus, ille quem Φιλόνος appellamus, opere quo pro mundi exordio contra Procli Lycij argumenta non minus pie quam docte disputavit, quum responderet ad objectionem nonam latè propugnavit hoc *πρόσθιον*. Idem ille & eo opere egerat qnod contrā Aristotelis de motus æternitate disputationem conscriperat: quemadmodum ex adversarii ejus Simplicij commentariis ad librum octavum Phys. acrosl. discere est. Quo factum ut minus rechè tandem de corporum nostrorum, quam fore credimus, resurrectione senserit: hæc enim cor-

M pora

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale




pora nostra corruptione in nihilum abire, adeoque non hæc corpora resurrectura sed nova iterum ex nihilo producta: quod cum alij tum Nicephorus Callistus nos docet *l. 18. c. 14.* Viderunt autem nec Abunasar Alpharabius nec Avicenna ab isthac opinione alienus. Omnes quippe rerum formas immo accidentia opinati sunt creari ab intelligentia quadam quam ea de causa Colchodeam appellantur, quasi tu dixeris *Formarum daturam*. Attribuit eamdem opinionem & Themistio Averroës *12. Metaph. c. 18.*: sed falso, quantum ex superstitionibus viri illius scriptis apparet. Disserit vero id ipsum affirmavit Gabriel Biel *l. 2. sent. dist. 1. q. 1.* Respondebat (inquit) negando quod illud quod generetur non sit de nihilo, salse loquendo de forma simplici. Unde ita verè forma que producitur in materia à causa naturali, sit de nihilo sicut que creatur. quia nihil formageneranda praecessit in materia, alioquin non generaretur. Idem tradit *l. 2. sent. dist. 18. quest. un.* Ex nuperis quoque scriptoribus id ipsum professi sunt Ioannes Bodinus *Metab. hist. c. 8.* Nicol. Taurellus *parte 2. p. 397.* & parte IV. p. 671. operis de rerum aternitate, ac nonnulli alii.

II. Præter hos verò in Latinis per multi alij non quidem diserte idem audent docere, re ipsa tamen idem docent. Disserit enim affirmanit, ante productionem ea que sunt planè nihil fuisse, & vicissim corrupta in nihilum abiisse: Et tamen damnant eos qui ex nihilo produci quid aut in nihilum corrumpi arbitrantur. Quanquam verò eorum qui ita loquuntur numerus magnus sit & ob doctrinam singularem haud exigua merito auctoritas; ut tamen pacem illorum dicam, cum in aliis multis videntur impinge-



pingere, tūm verò cū primis sibi meti pīsis repugna-
re. Initio enim, si formæ affectionesq; rerum natu-
ralium nihil sunt antequam producuntur, ergo in o-
mni illarum productione progressus sit ex nihilo ad
aliquid: eōq; ex nihilo sit aliquid, vel nihil sit ali-
quid: id quod tamen nolunt confiteri. Ne finge
autem vel animo concipi potest, quomodo non sit
verum posterius hoc, si verum fuerit prius isthuc.
Contradiccio itaq; adest tacita, si negetur *ex nihilo fieri*
quidquam, & tamen affirmetur *que si aut prorsus nūnca*
nihilum quid. Deinde & in eo contradicatio est, quod cū
dicant formas affectionesq; antequā sunt nihil esse,
īdem tamen profiteantur, formas illas educi de po-
tentia materiae. Si enim verè sunt ex materia, utiq;
non facta sunt ex eo quod prorsus nihilum est, nisi
materia fuerit nihilum quid. Scilicet & *Ex aliquo de-*
notat hic terminum à quo productionis. Quis si est
nihil non est materia: si est materia non est nihil.
Tripliciter vero ad hunc modum potest aliquid *ex a-*
liquo fieri, ut recte dicitur 2. *Metaph. c. 1.* Primo ut sit i-
dem ac post aliquid: Secundò tanquam ex aliquo
quod perficitur, quomodo ex puerō sit adolescens.
Tertio tanquam ex aliquo corrupto, quemadmo-
dum ex aqua sit aér. Vbi profecto semper illud *ne ex*
denotat terminum à quo incipit motus. Porrò nec
illud melioris est conditionis, quod quum illi utan-
tū his vocibus: *fieri ex materia*, *fieri ex potentia mate-*
riæ, *educi de potentia materiae*: ita tamen ipsimet has
phrases explicit, quasi dixissent *fieri in materia*, aut
fieri in potentiam materiae, aut *induci in potentiam materiae*.
Quæ tamen multimodis differre inter se se nemo
non videt. Interrogati namq; quid sit *formam fieri ex*



materia, respondent alij quidem; id esse formam in
subjecto fieri, hoc autem est formam in materia fieri.
At verò non in quo aliquid fit ex eo idem fit: pingi-
tur enim quidem in pariete canis vel homo, ex pari-
ete tamen non fit. Quin imò in aliquo fieri quid
potest, ut tamen ex nihilo producatur. Ipsis enim
ultrò fatentibus mens humana ac dona gratiæ ex ni-
hilo creantur in subjecto tamen. Alij respondent si-
gnificari, quod formæ fiant in subjecto ita ut ab eo depende-
ant. At profecto aliud est ex aliud in. Neque illud
subjectum in quo dependenter aliquid fit, materia est,
aut subjectum dici mereitur ex quo quid fit. Omnis
enim pictura fit in tabula quidem ita ut non possit
seorsim existere: nec tamen tabula est materia pi-
cturæ aut subjectum ex quo facta est pictura, sed ex
pigmentis confecta est pictura, tabula verò solùm est
subjectum in quo hæret. Par ratio est ejus explicati-
onis, qua fieri aut educie ex potentia materiae, exponitur
per fieri ita ut quid dependeat à materia qua naturalem ha-
bet potentiam ac formam recipiendā. Illa enim potentia est
tantū receptiva: adeoq; illa res q̄ fit differt ab isthac
potentiā, ut differunt inter sese duæ res positivæ real-
ter diversa. Non itaq; fit ex illa potentia quidquam
sed in potentia illam introducitur. Atqui & locus o-
mnis habet potentiam naturalem ad recipientum
locatum: nec tamen quod locum aliquem subit co
ipso ex potentia loci fit, etiamsi in loco illo creare-
tur. Taceo nunc ipsorum confessione, omnia arti-
ficialia ex potentia materia fieri, nec tamen fieri ita
ut illud quod fit dependeat à materia prædicta natura-
li potentia formam istam recipiendi. Quo patet ta-
men effugium solūmodo queri aliquid, in illa poten-
tia na-




tia naturali. Deniq; nonnulli formas ex materia fieri interpretantur esse, atq; formam fieri illa actione quā compositum sit ex materia qua non sit. Sed hoc non est formam fieri ex materia. Potest enim forma quedam ex nihilo fieri, ut tamen eadem actione fiat qua sit compositum ex aliquo quod non producitur. Si enim mens nostra creatur in corpore jam perfecto, quod multi volunt, utiq; quando creatur sit compositum ex corpore, quod tum non fit, & mente: nec tamen quisquam dixerit mentem ex corpore fieri. Similiter qui picturis tabulam rudem exornat, eopio ex tabula & pictura seu compositum efficit: nec tamen pictoram fieri ex tabula quisquam pronunciaverit.

III. Quantumvis igitur nolint fateri, quidquam ex nihilo fieri, quin tamen debeant italoqui, quotquot formas affectionesq; rerū naturalium ante productionem nihil prorsus esse existimant, nullum dubium habet. Licet igitur ijdem asserant ex materia fieri isthac omnia, verbis tamen solū id asserunt re negant: utpote quibus ex materia fieri nihil aliud sit quam fieri in subiecto aliquo. Licet item negent, illas formas atque affectiones creari, attamen fucum faciunt vocabulorum pristinas significaciones immutantes. Namque prisca Ecclesiæ Latinis Patribus creari est de nihilo fieri, vel quod idem est, accipere essentiam aliquam post nihil: His verò creari significat accipere esse non in nihilo sed in subiecto aliquo ente. Quæ explicatio sancè nova est atq; à veterum illorum mente ac sensu aliena: quemadmodum infra clarius parebit.

IV. Cæterum sentiant idem etiam illi cum

M 3 priori-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



prioribus istis qui ex nihilo fieri ea quae producuntur statuunt, nec ne sentiant, fortassis in parvo est discrimine collocatum: satius est videre sintne ea quae producuntur antequam producantur prorsus nihil, an vero non nihil; ac si quidem non sint nihil, quidnam ergo sint quamve habeant entitatem Atque non nulli quidem unico argumento rem conficiunt. Negant enim quidquam posse fieri ex nihilo, aut nihilum non posse effici ut sit aliquid: quod hujusmodi effectio sit infinitae virtutis, quem tamen res naturales virtutem habeant limitatam atque finitam. Estq; sanè id verissimum. Omne enim nihilum est quid infinitum: ab illo itaque quod est finitæ tantum ac ad certū aliquid determinatae potentiae, effici non potest, ut ex eo quod prorsus ad nihil certi determinatum est fiat certum aliquid. Sed quoniam hæc argumentatio transnaturalis potius est quam Physica, minusq; etiam fortassis evidens, operæ forte pretium fuerit (quod alias in Physicis fieri amat) etiam hic agere, ac quid experientia doceat considerare.

V. Atq; Lucretius quidem l. multis suavissimis versibus nititur probare nil posse creari De nihilo, tum in nihilum nil posse reverti. Adfertq; sane hujus rei experimenta luculentissima. Quorum tamen summam jam ante ipsum paucis hisce verbis complexus erat magister Epicurus apud Diogenem Laertium: πεῖτον ψήφισθε τὸ μὴ ὄντα. πᾶν γὰρ ἐπωνύμος θέλεται σταθερόν γε γίγνεσθαι μὲν οὐδὲν περιστερόντα, οὐδὲν διαλογεῖται περιστερόντα, οὐδὲν εὔτοι ταῦτα εἰς τὸ μὴ ὄν, καὶ τοῦτο διαλογεῖται περιστερόντα, πρimum quidem nihil fieri ex nihilo, alioquis enim omnia ex omnibus oriuntur nihil egentia seminikus: & si id quod interit in nihilum interire res omnes occiderent

dérerent, cùm ea in qua res resoluerentur non essent. Lucretius
paucis alterum complexus est inquietus:

Nam de nihilo fieri: ex omnibus rebus

Omnne genus nasci posset, nil semine egeret.

Nempe si quod est nihil potest fieri aliquid, ergo
non est necesse ut qualibet res qua sit fiat ex certa
quadam materiâ. Iam verò docet experientia nihil
quidquam fieri nisi procedat aliquid ex quo fiat, ne-
que id quolibet sed certum aliquid ac determina-
tum. Similiter si omne quod perit in nihilum re-
solvitur, ergo omnia paulatim in nihilum resolue-
rentur: contra quām itidem experientia probat. Ita
Epicurus & Epicureus Lucretius.

VI. Haud paulò accuratius eandem argumentationem instituit Aristoteles *L. Phys. 62. & 63.* Proponeamus autem & nos illam, utpote quum sit validissima, nisi admodum fallimur. Igitur quicquid gene-
ratur aut simpliciter fit aut non simpliciter fit sed
hoc aliquid. Simpliciter fieri dicimus substancias o-
mnes, animalia, plantas, metalla, lapides ac similia.
Hoc aliquid: quæcunque fiunt aut hujus illiusve
quantitatis aut hujus illiusve qualitatis. Clarius. Aut
spectamus generationem formarum sive (quod idem
est) essentiarum substantialium, aut loquimur de ge-
neratione accidentium. Accidentia si quando fiunt,
semper subjectum aliquod adesse quod fiat hoc aut
illud, atque ex cuius finu quasi prodeant accidentia,
manifestissimum est. Sed & substancias omnes habe-
nt materiam semper unde fiunt, itidem perspicuum
est in generatione metallorum, lapidum, plantarum,
animalium & omnium præterea substancialium alia-
tarum. Quod si itaque & quando accidentia & quan-
dosub.




do substantia fiant semper aliquid præcedere oportet, neq; possunt fieri nisi ex illo præcedente subiecto utique manifestum videtur, non esse nihil prorsus ante sui productionem res quæ generantur.

VII. Hæc est simplex ista argumentatio, unde orta illa, utilioquitur Aristoteles, καὶ δόξα τοῦ φυσικοῦ, ἀδεργίας εἰς τὸ μὲν οὐλός. Per subiectum enim omnes intellexerunt aliquod μηνύματος atque ex quo sit aliquid. Ast qui nunc philosophantur plurimi, formas cum substantiales tūm accidentales in subiecto quidem fieri conseruent (uti antecetiam diximus) non autem ex subiecto sed ex nihilo. Igitur illis experimentis antè allatis probari concesserint quidem, subiecto semper opus esse in qualibet generatione, non autem ex quo res fiant sed in quo fiant. Quamobrem fortè clarius est probandum naturalibus experimentis, formas illas sive accidentales sive substantiales non fuisse nihil ante quam orientur. Potest autem initio id probari de omnibus que composita sunt. Composita enim omnia antequam fiant non esse nihil, neque quando pereunt in nihilum resolvi, omnes nos sensus docent, sive communia sive propria sensuum objecta spectemus. Ita figura ex gr. domus non profecto fuit nihil antequam domus ex lateribus lignis ac calce construeretur. Nec color quilibet ex nigri albique compositione enatus: nec saporum varia condimenta; nec odoramenta illa composita: nec varia illa qualitatum tactilium temperamenta, antequam sive arte sive natura ita componerentur nihil erant. Sed neque, quādo aut domus dissolvitur aut etiam hæc alia quæ recensuim⁹ pereunt in nihilum abeunt; verum sāpē tan-

tantum in illa abeunt unde composita erant. Obser-
net autem hoc praecipue magisq; est manifestum in
substantiis totis compositis sive artificialibus sive na-
turalibus. Namque domus sane essentia, aut the-
riaces (ut his nunc exemplis utar) non erat ante nihil
quam conficeret sed portio aliqua ejus essentia jam
tum erat in simplicioribus illis unde compositio
est facta. Similiter omnium quo ex primis simplici-
simis corporibus oriuntur mixtorum essentia per
portiones (uti ita loquar in illis simplicibus jam fuit
antequam fieret isthac commixatio). Neque enim ve-
rū est quod Scotistæ volunt, his omnibus simpli-
cē formam aut essentiam esse, perditis simpliciūm
omnium formis: quod alias demonstrabitur. Re-
rum enim per se compositarum essentias aut formas
simplices esse adūlterio est & contradictionem in adje-
cto involvit. Porro etiam illa quæ per resolutionem
ex compositis sunt, non fuisse nihil omnibus itidem
sensibus manifestum usque adeò est, ut frustra sim si
vel verbulum addam. Funt autem & generationes
& alterationes substantiarum per resolutionem aut
alterationem, uti notum est & docetur ab Aristotele
cum alibi tūm *i. Phys. 1. 93.* quando simplicis genera-
tionis speciem unam fieri ait ἀΦαιρέσθε, δια τὸ γένος
Egunc.

IIX. Non tantum autem in hisce mutationi-
bus que per compositionem aut ablationem sunt
rem ita sese habere quemadmodum diximus, verū
etiam simpliciter in omni id contingere producio-
nē rerum, probare haud difficile est illo experientio
quo veteres omnes dixi usos, quod sc. in omni muta-
tione sit aliquid certum subjectum natura aut etiam



tempore prius regenerata. Quod si enim nihil plane
eius quod producendum est in illo subjecto ante ge-
nerationem ibi adfuit, ergo frustra semper require-
retrur. Quid enim quelibet res ex certa ac determi-
nata quadam sit materia, nisi quod nihil quidquam
ex nihilo possit fieri, aut (ut dicam clarius) nisi quod
illud quod est nihil fieri aliquid nequeat? Sanè re-
spendetur à nonnullis ad hanc objectionem. Alij
enim subjectum illud aut materiam requiri ajunt
non quod ex illo fiat aliquid, sed quod omnis muta-
tio subjectum aliquod requirat in quo illa fiat, ut po-
te que non possit per se subsistere quem sit accidens.
Alij caussantur requiri ideo subjectum, quoniam for-
ma rerum sive substantiales sive accidentales ne-
queunt per se subsistere: itaque nec fieri posse quin
aliquod receptaculum substernatur. Cæterum prior
profecit responsio facile collabascit. Motus enim
propri recipitur in eo quod fit, non autem in eo in
quo aliquid fit. Neque est motus prorsus re diversum
quid ab eo quod fit per motum: sed ipse terminus *ad*
quem omnis motus est aliquid ipsius motus quodan-
modo. Ita calefactio nihil est aliud quam produc-
tio caloris ad gradum usque (ex. gr.) sextum: adeoq;
non est proprium aliquod motus illius subjectum
præter illud quod factum est rapere calidum, non au-
tem illud in quo foris producitur color, est calefa-
ctionis subjectum. Fac enim in alieno produci ca-
lorem, ut alieni tamen nihil mutetur in calorem, sed
in se quidem maneat ut ante frigidum alienum, in-
hæret tamen illi externè quasi calor: utique ne-
mo recte dixerit calefactionem esse receptam in ahe-
no, aut recte alienum esse calefactum, nisi certè val-
de

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel




de natura substantiarum. At qui omnes quotquot cum Philosopho faciunt, sedem tantum ac locum in quo fiant mutationes, subiectum suum illud esse volunt. Contra quam ipsimet cum Aristotele alibi docent. Namque Aristoteles subiectum motus ait esse τὸ οὐσίαν. Locus autem ac sedes eorum quæ sunt nequaquam est ipsum τὸ οὐσίαν. Porro nec altera responsio quidquam videtur habere fundamenti. Vnde enim neverunt formas substanciales requirere subiectum non ex quo sed in quo fiant? Certè illud subiectum in quo non magis facit ad illorum essentiam quam locus ad essentiam locati. Fatentibus enim ipsis formæ illæ à subiecto isthac realiter differunt. Quia itaque opus est hujuscemodi subiecto in quo substanciales formæ substanciales; quum esse illarum planè ab isthac subiecto diversum quid sit?

IX. Ulterius; si ex nihilo sunt omnes rerum affectiones, inque nihilum abeunt dum corrumpuntur, inanis profecto fuerit Christianorum omnium nostrum spes illa resurgendi ex pulvere terræ. Face-nim, omnia carnis humana in nihilum abiisse, ita ut non supersit quidquam præter subiectum aliquod in quo essentia carnis aliquando hæsit. Utique impossibile fuerit ut ex illo subiecto superstite confiat iterum carnis essentia. In illo eodem subiecto haud negaverim carnis essentiam posse iterum produci: Ex illo minime. At qui tamen hoc planè speramus. Forescili. ut ex superstitionibus reliquijs nostri corporis olim novum corpus fiat. Neque ab initio ulque Ecclesia alio sensu Resurreccio corporum aut à paganis oppugnata, aut à Christianis defensa est. Quid

N. 2. quod

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



Quod vix mente possit concipi quomodo eadem numero caro possit resurgere, si dum corruptitur plane in nihilum abeat omnis ejus essentia. Tametsi enim argumenta omnia firma minime sint quibus Durandus in 4. dist. 43. Marsilius l. 2. de generar. quast. 18. alijque probare anni si sunt, que in nihilum sunt redacta non posse eadem numero restitu vel ab ipso omnipotente Deo: illud tamen haud parum valet quod identitas numerica sine saltim aliqua interrupta duratio ne non possit intelligi, nisi mutare velis usum vocabulorum, adeoq; numero idem dicere quod alij idem specie appellaverunt. Quicquid verò hujus sit, certè ut ex superstite subiecto confiat iterum corpus nostrum, omni ejus essentia in nihilum redactâ, adiutor est. Quo patet, non potuisse non male de corporum resurrectione sentire Philoponum: nec reliquos illos posse hunc ejus errorem evitare si quidem velint θεον Θυλαθήν. Quemadmodum sane videre est haud multò melius Philopono Durandum ac Marsilium de Resurrectione sensisse.

X. Porro non tantum ex pulvere resuscitatum iri aliquando corpora mortuorum, traditum est S. literis, verum etiam multas ac varias res ex immanente quodā subiecto fieri; atq; alias res per mutationem alias fieri, passim in iisdem legitur. Quod si verò rerum essentiae aut formae sunt tantum in subiectis non autem ē subiectis, utique omnia illa dicta S. Scripturarē fuerint aut abusiva aut falsa. Quorum utrumque absurdum est dictū credituque. Dices fortè, ja iisdem S. literis legi: Deum posse ex lapidibus filios Abraham excitare, item ex aqua vinum, aut sanguinem faciū.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel




factum. Et tamen nihil horum in ipsis subjectis exsistere. Ceterum qui probaveris nihil eorum in ipsis subjectis esse? Imo potentia in lapide homo est, aut lapis potest esse homo; quanquam illa potentia in actu deduci nequeat a causa aliqua naturali sed a solo Deo.

XI. Postremo si omnia quae sunt, sunt ex nihilo inque nihil resolvuntur, sunt autem tantum in subiecto, ergo nulla datur Materia in hoc mundo; aut si datur, illa longe aliter fuerit definita. Namque Materia Aristoteli definitur id ex quo inexistentia aliquid sit. Neque aliter hoc vocabulum quisquam hominum in veteri aeo accepit. Vnanimis etiam atque constans sermo semper fuit, id quod sit ex materia fieri. Imo nec quisquam eorum, quae nihil illud defendunt, non frequentissime has loquitiones usurpant. Si autem ex materia sit quod sit, non sunt enim nihil quae sunt. Neque enim nihil inexistit rebus factis. Materia quoque & nihil ab omnibus ut contraria judicantur. Quod vero vulgo assertur, materiam definiri principium ex quo inexistentia aliquid sit, non quasi essentia rerum quae sunt ex illa fiant, sed ideo quod partem constitutam compositioni: id profecto est distorta admodum verborum illorum explicatio, & a veterum sensu alienissima. Si enim ideo dicitur materia id ex quod inexistentia sit res, jam utique & forma erit appellanda materia nomine. Namque & haec pars est compositi: imo ejus potior pars. Certè potius ex forma constat compositum quam ex materia. Deinde fieri ex aliquo non est tantundem ac constare ex aliquo. Sed

N 3 quæ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



que iam constant non amplius sunt at facta sunt. que autem sunt nondum consistent sed eo tendunt uti consistant, aut constant. Atqui non est in definitione materia, ex illa constare rem, sed ex illa fieri. Preterea Rei sane vocabulo ipsa rei essentia intelligitur. Quod si itaque ex materia sit res aut gignitur, (tantundem enim est) utique non potest non ex materia generari rei essentia, aut (quod idem est) rei forma. Aut ergo falsum est, ex nihilo rerum formas produci: aut si hoc verum, nihil est in rerum natura cui materia definitio possit competere. Adeoque vel materia est inane nomen, vel vero immutanda est ejus vocis prisca & in vulgus usitata acceptio. Namque & vulgus priscam significationem retinet. Aurum enim aurei crateris, lapides & ligna ædium materiam appellat, eo quod aureus crater ex auro, ex lignis ac lapidibus ædes extruantur. Non vero quod in hisce forma crateris aut ædium sit condita, aut alia quadam de causa. Materiae vero voce intelligere subjectum in quo aliquid sit: id profecto uti veteribus inaudito semper fuit, ita & hodie in vulgus insolens est.

XII. Esto ergo ratum ac constitutum; nihil ex nihilo fieri in rerum natura, neque in nihilum quid posse resolvi, aut (ut aliter esset) nihil non fieri aliquid, aut aliquid fieri nihil; adeoque ea quæ sunt antequam sunt non esse nihil, neque per corruptionem quidquam fieri penitus nihil. Videntur tamen haud pauca posse huic nostræ sententiæ obici. Primo enim si ea quæ sunt antequam furent non sunt nihil, non omnia quæ sunt ex non ente sunt: id quod tamen supra tam operose à nobis est demonstratum.

Tot enim

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



Tò enim nonens entitatem omnem excludit. Secundò
do ea quæ sunt si jam antequam fierent non fuere ni-
hil, E, fuerunt iam antequam essent adeoque nulla
est generatio, nulla rerum producio. Tertiò si for-
mæ & essentiæ substantiarum non sunt nihil ante pro-
ductionem, ergo aut secundum omnes partes non fu-
ere nihil, aut tantum secundum aliquas. Posterius
si dixeris: primo formæ omnes fuerint composite; se-
cundò illæ utique partes quæ fuere nihil per produ-
ctionem sunt aliquid, adeoque ex nihilo saltim hoc
modo sit aliquid. Quod si autem tota forma non
fuit nihil, ergo fuit utique iam antequam produce-
retur actuale ens actu, adeoque forma. Quo nihil
est absurdius. Quartò Ioannis Philoponi argumen-
tatio est. Si id quod perit non abit in nihilum ergo
aut resolvitur in materiam ita ut sit materia: η εἰς ἔτε-
ρον πιμελαθεῖται τοκεῖσιν ρόχη σώματιδοποιεῖν ὀστᾶς δηλητῆς λα-
ζακῆς ψυχῆς ἐλέγων τὸν θεον τοιούτος. ή εἰς απλάτερα τια ἀ-
ταλεῖσθαι, οἷς αἱ συλλαβαὶ εἰς τὰ γεγονότα τοῦ ὅντος εἰς λίθους Ε-
ξύλα. η εἰς οὐκέτι τινὰ ὀλόντα ανατρέχει. ὀστᾶς ἀνεί τὸ ἐν ἡμῖν
πιχεῖσθες οὐλαφορθὲν δηλητήν ὀλόντης & πυρεῖς αναδεργεῖς. η εἰς ἔ-
περον εἴδοτο μεταβάλλει, οἷον εἰς ημελανια φθαρεῖσθαι λευκότης τούτου
γέγονοι. η καθ' εῶν τὰ χωρὶς ὑλῆς οὐφέται, ὀστᾶς τὰ γοντὰ εἰδη.
Nihil autem horum fieri multis idem ostendit. Ut
nihil sit reliquum quam in nihilum abiire formas
percutentes. Potest autem eadem argumentatione
colligi etiam ex nihilo generari formas, hunc
in modum. Si formæ rerum non sunt ex nihilo, aut
materia transmutatur in formam: aut aliud aliquod
præter materiam sit forma: aut forma componitur ex
simplicioribus partibus jam ante existentibus: aut

cūma

cum ante existet et absconditur tantum a magna quadam forma: aut sit ex aliâ forma: aut denique sine materia jam ante existens immersitur materia. Quorum nihil videtur posse fieri. Durandus quinto ita colligit lib. 2. sentent. dist. 18. q. 2. a. 1. Sicut forma praexistit in potentia passiva materia, sic immo verius praexistit in potentia activa generantis: sed forma non praexistit in potentia activa generantis sic quod ipsa forma vel aliquid ejus praexistat ibi, vel aliquid generantis convertatur in ipsum.

E. Sexto querunt nonnulli, qualis illa sit entitas rerum nondum productarum; item illa entitas sitne aliquid a materia distinctum an vero idem quid cum materia. Namque & haec omnia valde sunt ambigua.


XIII. Non adducam nunc plura argumenta quod haec sint potissima: reliqua etiam non multum, ab his sint diversa. Tentabimus potius nodos hos solvere, qui sane primo intuitu non immerito enodatu difficillimi judicantur. Fortassis autem operae pretium fuerit ante exponere qualemnam ergo habeat, sententiâ nostrâ entitatem ante ortum suum res quae sunt si non sunt nihil. Clatiores enim ita erunt responsiones omnes ad tam speciosa argumenta. Id quod uti pateat, initio repetendum ex superioribus est, omnia quae producta sunt per productionem acquirere illam entitatem quae sunt id ipsum quod esse aut poterant aut debebant. Generatione enim substantiali accipiunt substantiae essentiam sibi debitam quae forma alias dicitur: eadem interdum, alteratione nimisrum, accipiunt qualitates nonnullas quae ad earum essentiam non pertinebant quas tamen accipere poterant: eadem augmentatione quantitatem acci-



accipiunt quām itidem poterant accipere. Talis en-
titas vulgo dicitur actualis, aut uno verbo actus: quod
ià loqui placuerit scholis Latinis; benè an secus ac
satius significanter expressèque, iam non disputo.
Aristoteli dicitur eadem entitas ἐντελέχεια, quæque ha-
bent illam entitatem dicuntur eidem ἐντελέχεια ἔνεστι.
Quod vocabulum non esse à primo Aristotele intro-
ductum, ut multi volunt, non est nunc meum ostendere,
satius est eius significationem ex optimis atque
antiquissimis interpretibus adferre. Alexander ita-
que 19. Metaph. com. 6. docet motuum fines aut termi-
nos ultimos ἐντελέχειας Aristoteli nuncupari. The-
mistius ἐντελέχεια interpretatur habitum aut possessio-
nem perfectionis. Simplicius exponit essentiam
perfectam. Neque est qui ignorēt vocem hanc com-
positam esse atque ἀντίτιμην & ἐντελής derivatam. Est
proinde actu vel ἐντελέχεια ἔνεστι, esse in perfecto suo
statu quem habere quid debet: atque ἐντελέχεια deno-
tat perfectam cuiuslibet rei essentiam. Quam ergo
non infeliciter proslus ad verbum Latinè vertit Her-
molaus. Barbarus perfectibiam. Cæterū hæc o-
bitur atque ex occasione sunt dicta. Liquido vero u-
nicuvis appetit, illa demum verè esse, quæ perfectam
habent essentiam suam: quæ autem carent debitâ sibi
perfectione illa neque verè esse sed æquivocè. Quem-
admodum domus non est quæ desituitur recto, aut
uno pariētum. Non quòd illa statim nihil sint quæ
perfecta non sunt, sed quod simpliciter id non sint
quod esse debeant. Eapropter ab Aristotele qui-
dem cùm in Physicis tūm in Metaphysicis ea sola sim-
pliciter appellantur entia quæ perfectam habent sibi
que

O

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



que debitam essentiam: quæ verò eam' essentiam non
dum acceperunt aut non entia ipsa sunt aut potentia
entia. Non enim ille consuevit id omne ens appellare
quicquid non est nihil; quod nobis hodiè est fa-
miliarissimum. Multò minus id unquam entis actualis
nomine est dignatus. Quod ipsum tamen hodiè
itidem sit à per quam multis auctore Ioanne Scoto.
Hic enim actum entitativum appellavit eam entita-
tem qua quid non est prorsus nihil. Quod illis qui-
dem permitti potest fortassis, modò ne hinc obscu-
ta reddantur Veterum interpretationes: ut qui vo-
cabula ista nunquam isthac significatione usurpa-
verint: neve Aristotelis veterumque gloria hinc
quidquam detrahatur: quasi scilicet magnum operæ
fecerit pretium Scotus actu suo entitativo introductio
qui alias latuerit: Vocum pristinæ significationis
immutatione pro subtili invento ostentatā. Verūnī
nos quidem cum Aristotele potius loquentes (cum
quo & sentimus) appellamus illa demum entia aut a-
cta entia quæ perfectam sibiique debitam essentiam
jam sunt consequuta: quæ autem illam consequuta
non sunt sive eam possint consequi, sive nequeant,
non entia: quæ deniq; cum nondum sunt consequuta,
consequi tamen eam possunt, potentientia. Græcè
δύναμις ἡτοί. Ut ex adverso illa quæ hanc entitatem
consequi nequeunt, non jam amplius sint δύναμις ἡτοί
sed planè impossibilia. Taliā autem veteribus Græ-
cia philosophis omnibus semper habita sunt omnia
quæ nihil sunt. Observantes enim rerum naturam
id sibi vīti sunt deprehendisse, illa quæ prorsus nihil
sunt nequaquam sicut posse entia actualia. Eapropter
nulli-



nullbi aut in Aristotele aut quoqnam illorum alio
legis, nihil etiam esse in potentia ut sit aliquid. Quan-
quam nonnullis visum sit etiam hanc vocis potentia
significationem Aristoteli traditam l. p. Metaph. c. L.
quando aliquam potentiam ita per usq; θεογν dici scri-
psit. At profecto qui dixerit ille possibilia esse illa
qua creditur nunquam in actu posse deducit. Sanè
nobis est cognitum non esse illa qua nihil sunt prorsus
impossibilia factu, adeoque esse & hæc in quadam
potentia: non quidem respectu naturalium virium,
respectu Dei tamen. Verum hæc Religionis nostræ
piis sententijs debemus non Aristotelicæ philoso-
phie.

XIV. His ita expositis jamjam clarissimum e-
rit, qualem habeant entitatem res antequam produ-
cantur. Esto itaque Prima conclusio: quecunq; gene-
rata sunt antequam generarentur non habuerunt entitatem
actualem aut suam ἀντιλέξεα. Eam enim produci de
novo luculentè in superioribus à nobis est ostensum.
Esto & hæc Secunda conclusio: quecunq; generata sunt
antequam generarentur non fuere prorsus nihilum quid.
Demonstratum autem & hoc jam tum est à nobis; ut
pote quum ex nihilo nihil possit fieri, aut nihilum ne-
queat fieri aliquid, viribus sanè naturalibus. Sit
Tertia conclusio: Antea quam res producantur habent
entitatem aliquam qua media natura est inter actualem en-
titatem & nihilum. Sequitur autem hoc manifestè
ex præmissis prioribus conclusionibus. Sit & Quarta
conclusio: Illa entitas ejusmodi est, ut possit fieri actu vel
actualem entitatem accipere adeoq; est entitas potentialis.
Quod & ipsum ex se clarum est. Accedat & quinta

O 2 con-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



conclusio: Illa entitas ex potentiali redditur actualis, aut actuatur per mutationem quandam à causa efficiente. Mutationem profectò fieri manifestum est: est enim mutatio aut motus ἐντάξει entis potentialis, ita tamen ut maneat ens potentiale, ut præclarè docuit Aristotelis. Tùm verò quod nondum productum est produci tamen potest quando producitur non manet omni ex parte id quod ante erat, sed mutatur utique. Non potest autem illa mutatio nisi à causa quadam fieri externâ quam efficientem nuncupamus. Quod itidem in vulgo notissimum est.

XV. Iam verò hujuscemodi entitatem potentialem præcedere omnium rerum generationem experientia sanè nos docet. Talis enim entitas apprehenditur in omnibus subjectis illis ex quibus res quæque producitur. Nam quum substantiæ (ut rectè observavit Aristoteles l. i. Phys. t. 63.) alia fiant figura-tione, ut statua ex are: alia adjectio-ne, ut muria ex salsedine adiecta aquâ: alia detrac-tio-ne, ut ex lapide Mercurius: alia compo-sitione, ut domus ex lapidibus ac lignis: alia denique alteratio-ne, ut ex pane sanguis; in omnium harum subjecta materia est entitas potentialis rerum quæ inde fiunt: in are scil. statuæ: in sale & aquâ murizæ: in lapide Mercurij: in lignis & lapidis bus ædium: in pane sanguinis. Par ratio omnium accidentium est, sive sensibilium sive intelligibilium, quæ fiunt. Ut per singula cunctibus facile animadver-su fuerit. Nobis enim per partes isthac nunc exponere non licet nec liber.

XVI. Hæc potentialis entitas rerum quæ fiunt est illa natura, quæ scribente Aristotele si perspecta fuisset

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale




quis est antiquis Græcia philosophis illis, qui ortum
atque interitum rerum ē medio sustulerunt, cōtra iū-
lūmē ā dīrēd̄ rēvūn̄ tñ̄ d̄yvolz̄: ac hodiēq; potest solvere
(ū si omnis fallor) omnes omniūt nodos etiam in-
tricatissimos. Namque nunc in promptu cuivis
fuerit respondere ad ea quā objecta sunt. Ad Pri-
mum enim dicimus & non ens ex quo omnia generan-
tur non significare plane nihilum quid sed tantū
negationem aut defectum debitā actualisque entita-
tis. Iam autem omne quod ēst in potentia caret illa
eadem entitate. Itaque ens potentiāle omne simul
etiam non ens est. Non quasi formaliter idem sit. Sunt
enim reūrā formaliter diversa: quod jamdudum A.
ristoteli est observatum l. i. Phys. l. 79. & seqq. & infra à
nobis clare ostendetur. Tantū ergo abest, quā non
entia sunt non posse entia potentialia esse: ut omnia
potentialia sint eadem non entia. Consimiliter nec
in Secundo argūmento ullum robur est. Valeret enim
collectio si quidem diceremus ea quā facta sunt antea
quam sunt facta habuisse actualēm entitatem. Causa
autem erronee collectionis est, entitatis potentialis
ignorantia. Ponitur enim quasi inter nihil & actualē
entitatem non tertia quādem media entitas in-
veniatur.

XVII. In Tertio argūmento accipimus illud:
nullam formē alicuius portionē ante ortum nihil esse. Ne-
que enim quidquam eorum quā ad essentiam rerum
pertinent illarum quā natura producuntur, ante or-
tum nihil est. At verō minimē hinc licet colligere;
formas ergō illas jam tum fuisse in actua deoque verē
formas fuisse. Sunt enim illae essentiae tantū po-

O 3 tentia-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



rentiales entitates tum quidem temporis: post de-
mum sunt actu. Etsi enim fatigamur illa que ad es-
sentias actuales jam productas pertinent ex parte, jam
ante in suo genere actualia fuisse entia: tamen si respi-
cias essentias illas ex iis productas, non fuerit nisi in
potentia. Exemplo sunt lapides, ligna. Sunt illa entia
actualia suo in genere: at respectu ædiūm ex iis exstruc-
endarum, sunt tantum potentia domus. Domus es-
sentialia, lignis ac lapidis huc illuc distractis nullo mo-
do existit actu sed solum potentia. Scilicet quod uno
modo actualis entitas idem est alio potentia-
le ens. Ita elementorum illæ taciles virtutes sunt
uno modo ac seorsim consideratae, illorum formæ aut
essentiæ: at materia eadem sunt corporum simila-
tium compositorum, ut reæ scribitur l. 2. de partib.
z. similares porro illæ substantiae sunt perfectæ uno
modo, at respectu dissimilarium ex similaribus illis
componendam minime. Sed hæc alias clarius sunt
exponenda.

XIX. Porro Philoponus quæ disputat sunt sa-
nè egregia, valentq; contrà Platonicos istius xvi non
nullos hædum parum. Sed nos quo in compendium
trahamus prolixum viri sermonem, prefitemur ex o-
mnibus illis modis primum tantummodo nobis pla-
cere: ex materia nempe fieri ea quæ sunt, inque ma-
teriam vicissim pereuntia resolvi. Sed quoniam hæc
paulò post apertius erunt exponenda, non est fortassis
quod nunc quidem nos Philoponus remoretur. Ad
Durandi itaq; quintam objectionem potius acceda-
mus. Ille vero id sibi credi postulat quod nescio an
cui temere alteri unquam in mentem venerit, com-
muni certe omnipium consensiū refragatur: sc. non ali-
ter in

teris materia existore ses generandas quam in effi-
ciente causa. Hoc vero fuerit tantumdem ac si quis
dicat, in lysteribus & lignis ita potentia esse domum
et que est in mente architecti. Quo nihil est absurdius.
Est sanè & in efficiente causa id quod producitur; ab
uti in causa externa; materia vero dicit internam rei
causam. Itaque ex causalitate efficientis causalitas
materie estimanda profecto nequam est. Et
si vero per absurdum videatur huc Durandi argumen-
tatio; absurdiores tamen longè sunt, qui ita differunt
de rerum ortu quasi ad illū præter causam efficientem
nulla materialis causa requiratur. Id quod sanè
faciunt qui nunc per *admiratio*, non autem propriè di-
ctum traducem, formas propagari docent. Cred-
unt enim satis se explicasse illius ortus naturam mo-
do efficientis causa meminerint. Neq; enim vel ver-
bo tangunt siartne istud productio ex nihilo an autem
ex aliquā potentiali entitate. Quum tamen *admiratio* sit
ut ab agente causa quidquam producatur, nisi aut ex
nihilo aut ex aliqua hujuscemodi potentia. Nec vero
quidquam illos juvat exemplum luminis. Hoc enim
effundi volunt ab eo quod lucet, nec tamen fieri ex
materia. Quoniam enim haud me lateat quā mira
multa de ejus natura prodiderint Platonici veter-
res, quique hos sequuti sunt alij, quae inter & illud
est lumen ex nulla materia produci: attamen nec
vera sunt nec Aristotelicis dogmatibus consentanea.
Aut enim lumen de novo nunquam fit
& nunquam perit, aut fit & perit. Prius sanè astruunt
nonnulli Platonici, subduci enim lumen & adduci
non fieri aut perire: quod mihi videtur sensibus relu-
stari. Sed si non fit nec perit, nihil exemplum hoc lu-
minis.




minis facit ad explicandā naturam eorum quæ sive
& pereunt. Si verò sit ac perit, profecto non nisi ex
subjecta materia fieri potest aut verò ex nihilo. Benè
verò Aristoteles scribit de flamma quæ est fumus lu-
cens, l. 2. Meteor. 2. Flamma dum ex humido & sicco commu-
natur, oritur, & nullo tempore (ut irà dicam) permanet ea-
dem. Bene & Theophrastus l. de igne: Quicquid flagrat
tanquam in fieri est, sicut & motus; dumque generatur quo-
dammodo corruptitur in se suis natalibus emoritur. Verum
hæc aīc èrūtuaēdō.

XIX. Superest Sextum. Responsum autem jam
tum ex parte à nobis est ad isthac interrogata: Illam c-
enim quā de agimus entitatem professi jam suprà sum^o,
mediæ esse, inter actualem entitatem & nihilum, na-
turæ. Nunc porrò addimus entitatem istam poten-
tialē substantiarum quidē substantiam esse sed im-
perfectam aut (ut scholarum utar terminis) incom-
pletam: accidentium verò accidens sed itidem poten-
tiale seu imperfectum. Quo, nisi fallor, Achilleū illud
doctissimi viri Francisci Suarez, argumentum concidi-
dit, illud quod adferrur diff. Metaph. xv. sect. 2. n. v. Ra-
tiocinatur enim: Entitas formæ substantialis, quæ
præcedit generationem aut substātia est aut accidens.
Non accidens. Ergo substātia. Sed nec substātia: fu-
erit enim vel compositum ipsum, vel forma, vel mate-
ria. At nihil est horum. Respondem^o autem primū:
est entitas potentialis formæ. At regerit, illa entitas si
nō est extra suas causas est nihil. Hoc verò jā est aperte
falsum. Non enim quod extra suas causas omnes
nondum est οὐλεῖχαι id est nihil: nisi sanè ludere velis
vocabulū, atq; extra suas causas id omne dicere quod
aliquam habens entitatem perseſe, non est nihil.

XX. Id



XX. Id quod ultimo loco quærebatur expediendū nū est. Sitne illa entitas potentialis idē quod materia, an verò ab ea quidquam diversum. Namque ea de re jam olim dubitatum esse patet ex iis quæ disputatione à Durando l. 2. sent. diff. 18. q. 2. Scribit enim non nullos entitatem aliquam potentialem agnoscere unde siant formæ rerum, at illam distinxisse à materia. Ita ut materia sit tantum potentialium formarum quasi substratum quoddam. Etsi verò haud facile ex Durando pateat quinam auctores ita senserint; verisimile tamen est fuisse illos ex Alberti scriptorib⁹, hos enim videre est in eam interdū sententiam disputare. Ioannes quoq; de Bacchone. l. 2. diff. 18. q. 2. multis ostendere conatur suas illas inchoationes formarum à materia re differre. Verūm hic inchoationes illas credit non tam potentialia entia esse quām actualia sed nondum in lucem prodūcta: quō nomine supra à nobis refutatus est. Nisi fortassis entitatem potentialem exprimere conatus minus commodis sit vocabulis usus, adeoque vi uocum aliorum quām volebat sit tractus. Ceterum quorumcunq; etiam fuerit isthac sententia, omnino tamen falsa est. Caussa autem errandi fuit ille qui jam tum irrepererat error, quasi materia vocabulo intelligatur subjectum receptivum omnium, adeoq; in quo omnia fieri debeant ac hærente, ita tamen ut ab omnibus quæ inhærent realiter sit distinctum quid. Nam his sanè positis, non potest non quivis sanæ mentis statuere: si quidem dantur entitates potentiales, illas à materia quid esse distinctum. Verūm quām illæ hypotheses cùm à veritate, rūm ab Aristotelis optimorumq; ejus interpretum sententiis pro-



culaberrent; haud multo pōst fiet clarissimum. Nūc
itā sufficit colligere: entitati isti potentiali & soli
quidem competit definitio illa materiæ quam com-
munis hominum; consensio constituit, est ergo ipsa
materia. Probatur, quia materia est id ex quo non
pereunte sed permanente quid per se sit ac non per acci-
dens. Nam verò ex sola ista potentiali entitate per se o-
mne quod sit ita producitur ut non pereat. Porro si enti-
tates istæ potentialiæ diversum quid sunt à materia; plura
sunt causæ rum genera quam quatuor, plura item princi-
pia rerum naturalium quam tria. Contrata men sentiunt
ipsi hujus sententia patroni. Illa enim entitas profectio
potentialis magis est necessaria ad generationem quam
privatio. Si privatio itaq; est verum principium rerum
qua generantur (quod ipsum fatentur) hæc profectio et
iam potentialis entitas à principiorum numero exc lu-
denda minimè est. Vt rēgic argumentatur Durandus. Nam
& causa id omni est quod esse in esse & in insuit. Ab illa
verò entitate potentiali omnium actualium entium pro-
ductorum essentia intime dependet. Omnis nunc alia: ut
quorum pars paulo pōst reperend a iterum fuerit. Ceter-
rum in omni rerum productione invenientur entitatem ali-
quam potentialem qua post actuatur, illamque nec nihil
esse nec actuale quid, ex supra dictis jam est manifestum.
Nihil aliud verò priscos omnes voluisse intellectum ma-
teriæ nomine quam hanc entitatem, similiter ex parte
jam est ostendum. Quoniam vero inter Latinos unus forte
Petrus Aureolus (is enim longe subtilissimus vir opere
hanc sententiam nostram defendit L. 2. sentent. diff. 12. & 18.)
veritatē hanc est assequutus, ne quid novum ac ὁραῖον
statuisse videamur, fortassis opera fuerit pretium adhuc
carius id ostendere, simulq; placitum hoc testimonii
Aristotelis ejusq; interpretationum Græcorum ipsiusq; Aver-
rois comprobate. Sanè persuasum habemus: omnem ve-
terū in primisq; Aristotelis de materia philosophiam aio-
lentis interpretationibus distortam, hoc uno quam mā-
xiimè posse illustrari.




C A P V T V .

Quomodo ex entitate potentiali confiant rerum forma quæque sive h. e. materia est natura clarissima de rerum.

Antea vero quam istud agamus opera fortassis pretium fuerit non nihil apertius docere, quomodo ex potentiali istud entitate aut materia rerum formæ producantur. Initio igitur observandum rō Ex aliquo (quod ipsum jam ante etiam monimus) non una eadem que semper significatione accipi. Multas sane varia que usurpationes recenset Aristoteles, l. 4. Metaph. cap. 24. Quas tamen omnes ad duo tandem genera ferre reducunt inquiens: τὸν τοῦ μὲν τοῦ ξενίου τοῦ οὐληνού εἰς ἀλλήλα γένεται λόγον, τὸν δὲ τοῦ οὐρανού τοῦ θεοῦ τοῦ Χρυσοῦ τὸ φέρειν μέσον. Idem (seu potius Pasicles Rhodius, quem auctorem eius libri esse Ioannis Grammatici πρωτεύοντα φέρει καὶ τὸ Φωνάρι docet) cap. 2. αλλαγὴ minor. monet et ex aliquo solere tripliciter accipi: primo tanquam post aliiquid, quomodo ex Isthmio; Olympia sunt: secundo tanquam ex aliquo percurrente, quod ommodo ex aqua fit aer, ex indocto doctus, ex lapide calx: Terziò tanquam ex permanente sed quod perficitur, seu ex rudi argento in crater, ex lapidib⁹ & lighis domus, ex lictis syllaba.

I. Ceterum ex ente potentiali fieri rerum formas non esse tantundem se post illam fieri, id vero per se liquidum est. Ergo si ex ente potentiali confit forma (ut sane sit) necessariò transmutatio quedam requiritur. Potest autem duplice quid ratione transmutari, aut ut res corrumperatur, aut vero ut perficiatur. Qua in re nonnulli admodum falluntur. Obser-



vantes siquidem, omne quod transmutatur desinere
idiplum esse quod erat ante; in omni transmutatione
corruptionem ejus quod ante erat fieri, opinati sunt.
Verum prius quidem est certissimum: posterius autem
procul à vero abest. Corruptio enim mutatio est
ab esse actuali & perfecto ad non esse & imperfectum.
Quædam vero mutationes à non esse imperfecto ad a-
ctuale esse seu ~~εντάξει~~ progredivntur. Quare nisi
corrumpi capias pro omni desinere esse quod erat ante, falsis-
simum utique est in transmutatione quavis corru-
ptionem fieri. Mutare autem nullâ exigente neces-
sitate vocum usitatissimas acceptiones, ineptum sanè
si non iniquum facinus est.

III. Desinit ergo quidem entitas potentialis esse
quod ante erat quando forma sit ex illâ: inde tamen
non statim colligendū, eam in transmutatione isthac
perire vel corrupti. Posit tamen videri dubium
destructione sit, interim dum transmutatur, an
vero perfectio quædam. Est autem & illud hardis
fisile determinatu. Si enim destruitur entitas poten-
tialis, peritque illa in non ens, nihil utique conferit ad
productionem rerum, sed frustrâ est. Adeoque enti-
tates actuales rerum productarum ante quam produ-
cerentur, fuerunt nihil. Id quod operosè à nobis est
~~εντάξεις~~ ~~αὐτούσιον~~ non corruptione sed muta-
tione in actualem entitatem.


IV. Est autem adhuc apertius in lucem produ-
cenda illius mutationis natura. Quum enim omne
quod transmutatur desinat esse quod erat ante & inci-
piat esse quod non erat ante, ex transmutata autem en-
titate potentiali, confiat quæ sit actualis entitas; expli-
can-



etendum luculentius venit, quid ergo desinat esse aut
quid esse incipiat entitas potentialis quando transmuta-
tur. Quo loco considerandum ante omnia est, omnem
potentiam, inquantum est potentia, nihil quidem aliud de-
notare quam aptitudinem ad suscipiendum actum, ta-
cere tamen dicere simul privationem actus. Quicquid
enim potest agere aut pati, id nondum agit aut pati-
tur: quod vero jam actu agit aut patitur non dicitur
amplius posse, sed jam agere aut pati. Entitas ergo
potentialis etiam proxime quidem aptitudinem illam
ut sit actualis significat: juxtim tamen indicat, non
dum acquisitam esse actum, sed acquirendum.

V. Primum ergo dum ex potentiali entitate sit
actualis, desinit paulatim privatio concomitans po-
tentialitatem. Quod est idem ac si dicas, desinere
entitatem illam non esse quod non erat, vel amittere
suam nonentitatem. Sicut rude aurum, ruditatem
aque informitatem suam amittit quando ex illo con-
fit crater. Deinde & illa aptitudo quam dixi, desi-
nit, alio tamen modo quam privatio isthac. Neque
enim ullo modo manet privatio: aliquatenus tamen
manet entitas potentialis. Manet scilicet quod ejus fuit
extra nihil; ut tantum amittat imperfectionem, qua-
sique de sinu suo promat actualiem entitatem. Itaque
acquirit entitas potentialis actualiem entitatem aut
ēπιλέξεις: non forinsecus adventitiam, sed veluti in
sinu suo jam ante delitescentem non recipit tamen sed
potentiam.

VI. Scilicet quomodo ex alia aliqua potentia
sit actus, ita & ex entitate potentiali quae praexistit, sit
singularum rerum actualis entitas: sive illa sit *sorsa*,
qualis est forma quae appellatur *substantialis*, sive sit



accidentalis. Quapropter ex materia fieri formam, nihil etiam aliud est quam entitatem actualem fieri ex potentiali. Nec aliter unquam apud antiquiores ea locatio sua accepitio: eius proxima aliquor scula non nihil in alium sensum eam deflexerat.

Sup VI. Ex his vero patet, non tantum rebus divinis exente potentialis aut materia fieri formas, verum etiam nihil habere incommodi si dixeris; *materiam proximam fieri formam*; non certe plus absurdum inesse huic phrasi atque illi; *entitate potentiale fieri actualem*, quam omnes in ore persequentes gerunt. Revera enim in omnigeneratione nihil sit aliud, quam quod potentialis entitas seu materia transmutetur in actualem quam formam appellare consuevimus. Ita potentia seyphus sit seyphus, sanguis, h. c. potentia caro sit caro, lapides a ligna, i. c. potentia ades sunt ades. Nimirum illa potentialis entitas seyphi, carnis, &c. dum confidunt res illae, in actuum solummodo producuntur: nihil sit præterea aliud.

VII. Tametsi vero omnem actuslementitatem qua producitur ex entitate potentiali transmutata, ad hunc modum conficeri certissimum sit sensibus intellectuque id attestantibus; ipsam tamen illam potentialis entitatem; productionisque modum mirari potius quam exactè cognoscimus. Non assero (quod tamen S. Thomas a. p. quest. 55. q. 3. ad 2. & ad illum locum Cajetanus non dubitat afferere) nullam esse illius entitatis potentialis aut materie idem quia possit a Deo cognosci: quem enim non sit nihil in se & sua natura, aut ut sit non nihil non debeat forma vel actualem entitati que in eisdum abest; facile appetit has tenus sane idem eijs: aliquam propriam esse.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel




Gray Scale



esse Ceterum nobis tamen illa entitas potentialis per
est obscura cognitu. Cujus causa est, quod cogni-
tio nostra sentium beneficio peragatur, atque intelle-
ctus noster phantasmata speculetur, quæ sunt rerum
similachris sensibus accepta. Cujus itaque rei nullum
est Phantasma, aut (ut dicam clarius) quæ res nequit
sensibus percipi; illa nec positivo loquar Scholarum
more, proprioque aliquo conceptu à mente nostra
potest intelligi, sed alieno ac quasi adulterino. Non
quod mens nihil ejus intelligat aut fallatur, sed quod
Omnia ejus intelligitar negatione potius quam affirma-
tione. Nequaquam autem sensus nostri potentialiter
illam entitatem assequuntur: utpote quibus nihil est
sensibile præter ea quæ iam actu sunt. Quapropter
nec ejus entitatis potentialis conceptus positivus ali-
quis in mente nostra potest exhiberi: sed cognosci
tantum potest negativè. Nempe dum cogitamus il-
lam non esse substantiam, quantum, quale quid rea-
pse. Quæ ratio autem est potentialis entitatis illa et-
iam est ipsius ex parte transmutationis. Ex parte, a-
fjo. Est enim omnis mutatio quid medie naturæ inter
potentialē entitatem & actualem. Vnde subtilissi-
mè est dictum ab Aristotele: esse motum *έντεχνα*
δύναμις ὡρη. Quasi tu dixeris, motum esse potentialis en-
titatis fluxum quendam aut profectionem in perfecta
entitate. Itaq; nec ea quæ est in motu ipsa potentialis
entitas positivè conceipi potest mente, sed aliquid
solum ejus nempe id quo actu est. Cuius rei exem-
plum nobis qualibet motus localis potest reddere. Ne-
que enim vidit oculus noster quod quis possit Athenis
per Corinthum Spartam ire: sed quod viator jam sit
Corinthi, jam ultrà, jam eis. Sic nec sentit quisquam
quam

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



aquam posse calefieri , sed in aquâ calorem nunc mi-
norem nunc maiorem.

IIX. Quum ea verò sit & nostræ cognitionis
natura , & illius entitatis potentialis conditio , nemini
non liquet , quâm iniquè & imperitè nonnulli tollant
illam entitatem è medio , quique eam profitentur de-
ridendos vulgo propinent , eo ducti argumento quod
cum illa sensus fugiat , hi somnia narrare potiùs
quâm res docere videantur . Sed illorum ineptias
perstringere non est nostrum : potiùs adumbrabimus
paulò amplius tûm entitatem potentialem illam , cùm
eius transmutationem in aequalē , per varia ejus gene-
ra euntis ; initio tam ab accidentalī facto , ut pote-
sibus notiori . In eo qui dum quicicit Athenis potest
Spartæ esse , quasi imperfectio quadam intelligitur ,
nempe privatio eius relationis quæ cùm Spartâ ipsi
posset reapse intercedere . Eiusmodi tamen est im-
perfectio illa uti possit perfici . Sicut autem relatio a-
equalis ad Spartam ut locum , est actualis entitas quæ-
dam , ità dum adhuc imperfecta est relatio illa , potest
tamen perfici , entitas est potentialis . Qui iam ergò
Athenis Spartam proficiscitur , paulatim illius rela-
tions aliquid iam acquisivit , aliquid acquirit , ità tamen
ut aliquid restet acquirendum , donec Spartam ipsam
pervenerit . Perficitur ergò illa relatio potentialis ,
si que paulatim aequalis ambulando . Non enim om-
nia Petri fuerunt in potentia respectu loci illius , sed
illa sola relatio potentialis . Itaque Petrus quidem
est subiectum mutationis illius localis , non secundum
omne tamen sui , sed secundum aliquid : id quod est
materialitas eius respectu motus localis . Parratio
est qualitatum . Appello autem qualitates cùm Ari-
stotele

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel




Aristotele secundum quas res dicuntur quales. Figura ex-
gr. sphærica in cerâ rotunda non est actualis entitas,
neque nihil. Inest ergo ceræ rotundæ figura sphærica
potentialis. Hac ipsa est materia figure sphærica a-
ctualis: quippe quæ sola mutatur proximè in sphærant
actualem. Etsiigitur recte dicamus ceram esse mate-
riam, non tamen id verum nisi hactenus est: quod nem-
pè aliquid ceræ sit illa potentialis sphærica figura.
Non actualiter illam artifex iungendo ceræ sphætri-
cam figuram à cerâ realiter distinctam, sed interna
quâdam actuatione illius sphærica figura potentialis.
Eodem modo sese res habet & circa quantitatem. Vbi
tamen notandum, aut produci posse quantitatem quæ
nullibi ante existebat in rerum naturâ, aut non simpli-
citer produci sed modo quodam. Prius fit in rare-
factione rei densæ: alterum in proprietate augmentatione
rerum. Nequaquam enim negandum est in
rarefactione simpliciter quantitatem aliquam pro-
duci quæ ante non existebat: quod alias probabitur
& jam olim est ab Aristotele traditum. Quo ipso ta-
men refellitur maximè illorum sententia, qui quan-
titatem materiæ volunt esse coævam. Si enim pro-
ducitur quantitas quæ ante non fuit, utiq; non omnis
est æterna: si producitur & tamen non ex nihilo,
ergo datur potentialis quedam quantitas, hoc est, da-
tur materia quantitatis. Sed isthæc obicer. Ad rem
hoc pertinet. In rarefactione non aliter producitur
nova quantitas, quam potentialis quantitatis conver-
sione in actualem. Augmentationem in reaugenda
precedit, non alia magnitudo potentialis quam quæ
sit in unione rerum non aqua quantarum. Ut proinde

Q

inter

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



inter hanc magnitudinem potentialēm & illam quae
antecedit rarefactionem, differentia sit longe maxi-
ma.

IX. Substantias quod attinet, observandum est,
substantias nobis nunc appellari illa entia quae per se
subsistunt, ita ut sint reales, hoc est possint digito quasi
monstrari, uti recte exponit Alexander. *Metaphys.*
Quam autem substantia sit primum ens & fundamen-
tum omnium quo sublato pereunt omnia, merito et
iam nulla substantia pure potentialis potest inveniri.
Quod ipsum & experientia docet. Quascanque e-
stimam substantias fieri novimus, illas omnes consideri
cerimus ex subjecto quodam jam actuali. Ut exæ-
re aquam, ex semine plantas, ex lapidibus ac lignis æ-
des. Quod si tamen substantia producuntur de no-
vo, ut certè producuntur, omne autem quod produ-
citur ex potentiali entitate sit manifestum utique est
potentiales quoque substantias reperi, nullib[us] ta-
men separatis existentes sed semper in actualibus
quasi abditas. Sic credendum, aquam substantiam
quidem esse actualiem, in eadem tamen esse & poten-
tiale entitatem aeris. Aer ergo dum sit ex aqua, a-
quæ entitas corruptitur, sed potentialis æ-
ris convertitur in actualiem essentiam aeris. Ita poten-
tialis entitas domus dum deducitur in actum sit
actum constructio. Illa autem jam ante erat in lapi-
dibus sed non in quantum lapides erant. Neque enim
ex lapidibus ut lapidibus sunt ædes, sed ex potentia æ-
ribus, quæ ex accidente sunt lapides. Quemadmodum
aurem liquido est cuivis manifestum formam vel
quod idem est essentiam ædium non fieri in lapidibus,


sed

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



sed ex lapidibus, quatenus illi habent ejusmodi potentiam ædium entitatem. Ita omnino par est de omnibus substantijs arbitrari. Et si vero tota substantia potentialis transeat in actualem, non tamen transubstantatio quedam sit, prout sanè eam vocem usurpat Theologorum Scholar, quod contra hanc nostram sententiam cavillatur inter alia Scotus l. 2. diff. 12. q. 3. hoc dicit una opinio. Est enim illa unius substantiae in aliam conversio non precedente entitate aliqua potentiali ex qua res producatur. Generatio autem est conversio potentialis substantiae in actualem.

X. Quemadmodum vero sese habet produdio rerum ita ex converso sese habet corruptio. Sicut enim ex nihilo sit nihil, ita neque in nihilam quid periret. Quod probat profecto peregregie illud Epicuri argumentum supra nobis laudatum: *Si id quod inter se in nihilum inseritur res omnes occident, cum ea in quare resolvuntur non essent.* Scilicet exhaustur paulatim entitas rerum potentialis, hoc est, materies, perpetua rerum generatione, nisi defectus suppleretur: ut fontes videmus scaturigine obstruenda tandem desicere. Neque vero infinita potest actu esse materies: utpote quum actu infinitum hoc quidem in mundo subsisteret nequeat. Quum vero ordo sit inter rerum potentialis illas entitates, ut paulo post probabimus, adeoque in subordinatione causarum necessario deveniatur ad aliquod primum, sitque ergo aliqua materia que amplius ex nullo alio fiat, apparet profecto fieri non posse, ut viribus naturæ materialitas omnis semel exhausta possit restituiri integrum. Proinde ne considerat rerum natura, nequaquam in nihilum resolu-



tur, res quæ corrumpuntur. Si autem non abeunt in nihilum & nihilominus amittunt suam actualē entitatem, superēt ut in potentialem entitatem recidunt. Quæ proximæ non potest alia esse quam illa ex quâ sunt proximæ eductæ: utpote quum hæc proxima sit actuali entitati quam amiserunt. Hæc verò entitas potentialis quum iterum iterumque possit actuari, non est mirum rerum generationem non posse deficerre ex materia defectu. Habet scilicet sese generatio & corruptio terū ad Euripi in star, nunc profluentis nunc redeuntis. Cæterum id quod redit ex entitate potentiali, an cum eo quod ante ex eadem entitate fuit productum ac post perire, idem sit numero dicendum, nec ne, (quam controversiam multi petatiter reciprocant) fortassis nō abest à λογοπαχτᾳ, querere. Quod si enim, ad hoc ut sit res numero eadē, requiritur duratio non interrupta, solaque illa quæ durant continuā successionē sunt eadem numero, quod Alexander sentit apud Ioannem Philoponum, l.2. de gen. com. ult. fatendum utique videtur, ἀπλωτις ἀδύνατη esse idem numero ut redeat in lucem quod semel perire. Si verò vis vocis non indicat illam perpetuitatem, utiq; profitendum est idem numero non posse tantum sed & per frequenter ac multoties reverti atq; interire. Quotiescumque scilicet una numero potentialis entitas actuatur. Quod sane fieri frequentissime debet. Neque verò isthuc usū fiat opus est transnaturali Dei opificio. Quod non nulli autem eo arguento, quoniam corporū nostrorum resuscitatio solius Dei beneficium est. Verum enim verò etsi haud ignoremus, Democrito visum optimum ex atomorum fortuito concursum longe maxima optimi intermortua posse regenerari (unde fortassis ejusdem




dem revivisciendi promissio orta, quam vanitatis Plinius accusat. (l. 7. c. 55) hominem tamen aut animal aliquod aliud contabefactum non posse idem numero naturæ virtute conficeri, etiam nos credimus, adeoque ab uno Dño hanc felicitatem exspectamus. Non est tamen bona consequutio illa. Si corpus humanum tam varijs constans partibꝫ quodq; nonnisi ex utero potest materno nasci, nō potest sp̄ote sua ubi semel compurrit idem numero reverti in lucis. Ergo nihil potest. Possunt certè res simpliciores. Neq; enim quid facilius est quam in toga aut linteo candē s̄pē plicam producere: aquam in vaporem & hunc iterum in aquā convertere: hydrargyrum in sumum agere qui exemplo pristinam naturam requirit: unum idemq; modo construere modo destruere, ac vicissim partibus eodem modo quod ante conjunctis totum reducere.

XI. Atq; hæc quidem ita sese habent. Ex his vero liquet quomodo recte de materia naturæ sit porrò philosophandum, quamque perperam multi pronuncient de illa. Namq; si materia vocabulo intelligitur potentialis entitas illa quā descripsimus, utiq; omnia quæ de entitate illa affirmati possunt loquuntur de materia ipsa. Esse autem materiam nihil aliud quam entitatem illam, profecto definitio ipsa nominalis materia, omnibus seculis usitata, ab ipso usq; vulgo recepta; quod nempe materia sit illud ex quo permanente res, h.e. rerum entitates aequales considunt: probat evidentissimè. Quod si enim, ex quo permanente res fit, materia est appellanda, ex sola autem potentiali entitate permanente fit res, utique sola illa est materia nomine digna. Patet vero hinc primò materię rationem naturamq; in sese actualem veram entitatem exclusa.

Q. 3

dere

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



dere absolvit; penitus illa potentiali. Quapropter etiam hoc patet, quæcumq; nullam habent potentialem entitatem, aut quæcumque carent potentialitate, illa etiam materiæ carere. Carent autem entitate potentiæ liquæ numer quam non sunt actu. Quum autem adhuc esse, & potentia multis modis res possunt secundum substantiam, aut secundum qualitatem, quantitatem & ubi; etiam varijs modis esse habeat accessus est rerum materialitas. Quæ nempe generatio & corruptio nequeunt illa eadem carent materiæ principio ex quo generationis. Quæ porro neq; alterari possunt neq; augeri aut diminui, libera etiam sunt à materialitate ex quæ hæ mutationes profitescuntur. Quæ deniq; nec de ubi in ubi moventur, actus sunt puri vel ab omni potentialitate liberati. Vnde colligimus Deum opt. max. omni ex parte immaterialis esse; celestia porro corpora (si quidem sunt ingenerabilia & incorruptibilia neque augeri vel diminui neq; alterari denique apta, quod Aristotelica volunt platica) haec enus itidem esse immaterialia, neque aliam habere materiam quam eam quæ respicit circularem motum substantias vero reliquas naturales quæ generationi, corruptioni, aliisque mutationibus sunt obnoxiae, omnis generis materialitate esse præditas.

XII. Porro si materia est potentialis entitas rerum, facilè liquet actualem entitatem omnem ad genit. causæ formalis pertinere. Existentiam ergo suam & essentiam quidditatemq; actualem debent res nō materias sed formæ soli. Quare nec entitas potentialis aut materia proprie ac simplicitate est vocabulo esse accessus pro esse actualiter. Sic il. de domo potentiali nemo recte dixerit domum esse; aut de semine, esse arborēm,

aut

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



aut de formabili, esse formatum. Quod ergo res sint
id ipsum quod sunt, id ad Formalem eorum cau-
sam pertinet. Nulla vero materialitas rerum potest per
se existere in quantum talis. Quod enim per se existit
id omne videmus actu esse. Verè tamen omnis poten-
tialis illa entitas est aliquid extra nihil, adeoque habet
ex se actu entitativum, si quidem libeat hanc lo-
quendificationem à Ioanne Scoto excoitatam usur-
pare. Neque enim ulla potentialis entitas, ut non sit
nihil, debet hoc formæ seu perfectioni sua: sed & ante
formam & formâ jam deperdita existit sancte haec eius.
Ita domus potentialis est profectio non nihil, et si do-
mus non sit actualis: nec aer potentialis, quæ est in a-
quâ eam suam naturam habet à formâ actuali aëris.
Parratio est entitatum potentialium aliarum. Ita-
que omnino recte Scotus, Henricus Gandavensis,
quiq; illos sequuntur alij, eti utantur modo loquen-
di veteribus Peripateticis nunquam usitato, distin-
ctam aliquam propriamque entitatem attribunt ma-
teria. Certe præter phrascos insolentiam nihil ha-
bet falsi hæc quidem eorum sententia, quod bene
quoque Fonsecæ l. 1. Metaph. cap. 7. q. 3. & Conimbric-
censibus l. 1. Phys. c. 9. q. 3. a. 1. est annotatum. Bene
proinde & negari parrite & affirmari entitas potest de
materia: aliter scilicet atque aliter accepero entis vo-
cabulo. Materia non est ens, h. c. ens aliquod perfe-
ctum completemque, id quod Aristoteli aliisque ve-
teribus ens vocabulo semper solet venire. Materia
est ens: hoc est aliquid non nihil. Quæ entis signifi-
catio hodiè potissimum obtinet. Ex quibus liquet
quid sentiendum sit de illa quam scholæ Theologicæ
agitant

agitant controversiā, possitne Deus creare aut conser-
vare materiam sine formā. Cujus negativam partem
Thomasp. 1.q.44. a.2. & Thomistarum plerique, nec
non Durandus, 2.s. dif. 12. q. 2. : Affirmativam verò
Scotus 2. sens. d. 12. q. 2. Henricus Gandavensis quodl.
2. q.45. & quodlib. 4.q.16. & Scotista amplectuntur. Pos-
se enim Deum illam potentialem entitatem quæ nul-
lum præsupponit actuū (quam hodiè materiam pri-
mam appellamus) conservare sine omni subsequen-
te formā argumento est, quod materia habeat pro-
priam aliquam entitatem à nulla forma dependen-
tem, Deus autem possit omnia efficere, quæ quo mi-
nus fiant rerum essentia non repugnat. Attamen
ut potentialis entitas quæ præsupponit actuū, qualis
est omnis materia quam appellant secundam, itidem
sine omni actu prævio subsistat, id verò impossibile
videtur. Contradiccionem quippe involvit, esse
materiam cum actu prævio, & eandem esse sine aliquo
prævio actu.

XIII. Viterius, quum ea sit materia natura, non diffi-
cile amplius est fortassis docere quomodo materia ac
forma distinguiantur, quumq; convenienter qualem effi-
cient compositionē. Potest autē comparatio institui
primum inter materiam aliquam atque formam ab-
stracte consideratam: deinde inter materiam nudam
& formam adhuc absentem; denique inter materiam
& formam jam actu ipso informantem. Primo mo-
do realis inter utramq; est distinctio: namq; possunt
materia & forma concipi, ut res due scilicet existen-
tes. Concipi inquam, non verò etiam existere. Altero
modo itidem realiter hæc distinguuntur: si realem ve-
lis di-



lis distinctionem appellare eam, quæ est inter rem perfectibilem & internam ejus perfectionem qua adhuc destituitur. Loquimur autem de materia illa ex qua proxime sit forma, non quæ eam factam comitatur. Hujus enim longe alia est ratio, ut paulo post patebit.

XI V. De Tertia major est difficultas. Etenim vulgo creditur simpliciter materiam à formâ realiter differre, ita ut materia non nisi subjectum aliquod sit cui extrinsecus adhæret forma: penè haud aliter atq; characteres atramento pœti adhærent chartæ. In hanc sententiam verò deuentum est, arbitror, non tam per rationes ex rerum experimentis desumptas, quam per dicta quædam Aristotelis, perperam tamen intellecta, uti post patet. Ceterum ut veritas in conspectum prodeat, observandum est, duplicum in rerum natura observari materialitatem, quarum aliam transeuntem aliam permanentem recte appellaveris. Etenim ante rem genitam præcessit utique materia sive potentialis entitas quædam, quæ per generationem formâ sive productionem cuiusvis entitatis actualis esse desinit: eoque re jam genita non superest amplius sed in actuū quasi transiit. Ut proinde tum temporis possit dici haud injuriā materia transiens, Omniporro rei genitæ mutationi obnoxia, inquantum est mutabilis, instantium materialitas aliqua inest, etiam post generationem: quod perinde est atque si dicas inesse illi materialiam aliquam permanentem. Ratio est: quoniam omnis mutatio necessum est ut fiat ex materia & in materiam quandam: quod igitur est mutabile id prædictu sit necesse est materiâ mutationis illius capace. Hinc etiam in ijs, quæ tantum mutationi quoad locum aut qualitatem aliquam sunt obnoxia, omnino inest illis mutationibus respondens quædam materialitas. Quæ corrumpi possunt & in

R

aliam


Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale

aliam substantiam transmutari, multo magis participes sunt materiae permanentis: utpote quum absque illa foret tametsi sint quondam genita tamen non amplius corruptibilis essent, nec apta ut ex illis aliae substantiae naturales producerentur.

XV. Hispositis haud difficile decisu est, quemadmodum sese habeat materia & forma distinctio, qualiterque unitae faciant compositionem. Etenim si de transente quam appellavimus sermo sit, nulla omnino fingi potest inter actualem entitatem & materiam illam distinctionem, adeoque revera nulla inter illas datur compositionem. Nimirum quum formae omnes hanc deductione entitatis potentialis in actum, ipsaque nihil aliud sint quam *entia potentia* potentialium entitatum, impossibile est uti forma actu informans & materia ejus proxima, quae potentiam h. e. materiae naturam exuit, distinguantur amplius a se invicem. Consequitur manifesta est. Ad hoc enim ut eadem res sit nunc potentia nunc actu, necessarium requiritur ejus rei interna quaedam mutatio. Potentia enim & actus diversas rationes essendi exprimunt: itaque cum pronunciantur de unâ aliquâ re, ejusdem rei entitatem diversam describunt. Entitas vero est aliquid maximum internum, non autem externum quid. Actus ergo rei proprius informans entitatem ejus potentiam, ab ejusdem rei potentiali isthae entitate non potest amplius distinctus esse. Adeoque revera nulla omnino est compositione materia illius & actualis entitatis. Igitur & qui aliquid producens generat non duo conjungit quasi separatim existentia, aut in subjecto aliquo producit quidquam quod ab illo est subjecto re distinctum, sed tantum quod potentiale erat deducit in actum. Quæ verba fere sunt Averrois. Quapropter nec vinculo etiam aliquo opus est.



est quo materia isthac cum formâ uniat: ut spiritu hec
ticō Stoicorum , aut alio aliquo. Quinimo ut inter illa
sit medium quid, ē est rō dūrātū. Esset enim medium
aliquod vinculum inter eisdem rei duas entitatis, poten-
tialem atque actualem : quo nihil absurdius fangi potest.

XVI. Hanc intimam conjunctionem, imo identi-
tatem materiæ transiuntis illius cum actuali entitate, de-
bent omnino profiteri, quotquot actualem essentiam &
existentiam materiæ cuiuslibet formis referunt acceptam.
Quandounque enim actualis adest essentia non amplius
utique superest potentialis, adeoque non amplius superest
materialis, utpote quæ idem sit cum entitate potentiali.
Quo patet, quantum sibi aduersentur Thomistæ, & si qui
alij formam volunt externum quid esse materiae inhærens;
& tamen profitentur cùm antiqua Peripateticorum scho-
la. actualē essentiam atq; existentiā materiae esse à forma.
Manifesto nemp̄ illi sibi contradicunt. Quod recte vide-
runt Scotus, Henricus, & alij: qui quum & ipsi crederent
materiam à forma realiter differe, essentiam quandam pro-
priam actualem ingenerabilem atq; incorruptibilem materiæ
primæ iverunt adscriptum. Quanquam etiam hi fortassis
minus sapè consentaneè loquantur suis thesibus. Namq;
& hi more Aristotelico interdum loquuntur, ἐντέχεια
materiae esse formam: quum tamen potius deberent dicere,
non materiae sed compositi ἐντέχεια esse formam.
Volunt quippe per formam nihil interna perfectionis
materici accedere, sed soli composito. Perfectio autem en-
titatis utiq; non est re separatum quid ab ipsa illa entitate.

XVII. Longe alia ratio verò est permanentis ma-
teriæ. Inter essentiam enim actualem & potentialem su-
perfitem utique clarissimum discrimen est. Adeoque
inter hæc duo omnino est compositio. Idque licet obser-



vare, quamcumque potentialem ejusmodi entitatem cum
actuali comparaveris. Quo patet quur olim Theophras-
tus Eretius, teste Simplicio, *I. Phys. com. i.* inter axioma-
ta physica numeraverit, omne corruptile & generabile
compositum esse. Neque enim hoc eget demonstratione
sed ipsiusmet sensibus est manifestum, si lane de illa materia
permanente sermo fuerit. Non aliud vero est id quod
passim habetur apud Aristotelem: naturalia corpora omnia
ex actu & potentia constitui. Actus enim voce ipsa es-
senta actualis, potentia vero materia superstes significatur.
Imo hoc ipsum est illud: omne corpus naturale ex forma
& materia componi. Sola certe haec materialitas facit
cum forma sive essentia actuali veram compositionem.

XVIII. Ad hoc, illa demum superstes in qualibet
re actualiter existente potentialis entitas, sive materiali-
tas, est principium cuiuslibet rei naturale, non vero illa
qua est actuata aut in formalem essentiam transmutata.
Quae enim transmutata est non amplius materia sed for-
ma atque essentia actualis nomen meretur: neque illa rei
genita actu inest, cum principium constitutivum rei ne-
cessum sit reapse inesse. Illa vero materialitas qua per
corporis naturalis formam actuata non est, pariter reapse
inest corpori actu existenti & efficit ut corpus quodque
corruptile sit & in aliud transmutabile, aut simpliciter ut
motui & mutationi sit obnoxium; quod perinde est atq; si
tu dicas efficere, ut corpus aliquod sit naturale. Vbi obser-
vandum: omni ejusmodi materia adesse semper privatio-
nem quandam, qua itidem efficit ut corpus quodque sit
naturale aut mobile. Nimirum privatio qua antecel-
lit rem genitam & jam actu existentem, illa jam tum re-
genita desuit, eoq; non potest esse principium constituti-

vum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



0 1 2 3 4

Gray Scale



vum aliquid illius rei: sola vero illa privatio quæ reapse
inest cuilibet corpori mobili sive naturali, præstat ut cor-
pus unumquodque obnoxium sit mutationi. Sane tan-
tum hoc unico modo exposita doctrina de tribus corpo-
rum principijs, sibi constat imo penè sole ipso sit clarior.

XIX. Verum potentialem illam entitatem & actua-
lēm reapse inter se differre, atque ita compositum quid
constituere liquet. Expendendū autem porro est, quantum
unum ab altero differat. Docet autem experientia quotidiana,
eam quæ rebus naturalibus sive mutabilibus inest ma-
terialitas, non esse uniusmodi, sed aliam magis aliam mi-
nus illi actuali entitati esse propinquam. Etenim
quædam ita se habet ut deduci in actum non possit extra
interitum hujus aut illius actualis essentiae, alia ut possit
actuari extra omnem lexionem. Est autem prioris generis
materia omnis contrarij, tum ejus quod positive tum
quod privative est contrarium, & quidem non tantum
quod directe est contrarium, sed etiam indirecte, inquan-
tum opponitur ijs sine quibus essentia actualis nequit
existere. Exempli enim gratia dissimilarij corporum
essentia quasi pro fundamento habet similarium natu-
ram, ita ut sine ijs esse illa nequeat: quapropter inter-
eunt dissimilaria non tantum si quid in figura & alijs ad
dissimilarem essentiam pertinentibus mutetur, verum et-
iam si quæ mutatio accidat circa similaria quibus ini-
nititur. Materia itaque non tantam eorum quæ pro-
priè dissimilari alicui essentiae actuali, sed etiam eorum
quæ similaribus illis sive positive sive privative sunt op-
posita, entitati actuali dissimilari vicina admodum est:
etsi indubie vicinissima sit illa quæ in actum dedueta ex-
hibet illa quæ propriè contraria sunt. Hanc intimè uniri



cum essentia actuali, argumento est quod ejus actuatio actualem illam perimat. Neq; enim necessario alterius interitus sequeretur alterius actum, nisi materia utriusq; sibi mutuo sit propinquissima. Sane videtur utraq; illa prope idem quid esse, eoque fieri ut contraria in eodem subiecto simul esse nequeant. Quæ porro materialitas non ita se habet, sed in actum deduci potest citrâ lœfionem essentiaæ actualis, illam per accidens magis adesse, manifestum est. Eoque non ex hac propriè loquendo, sed illa altera potius essentia isthæc actualis genita est. Sed & cum illa altera sola constituitur aliquid per se compositum: cum hac autem non sed tantum per accidens. Vnde porrò consequens est, non hanc accidentalem materiam sed illam alteram esse principium constitutivum rerum naturalium. Etenim principium constitutivum non per accidens sed per se rei cuique insit necessum est.

XX. Hæc omnia licet observare circa quamcunq; essentiam naturalem. Etenim ex. gr. color albus actualis per se & intime unitam sibi habet materiam coloris nigri, nigræ, rubri: quæ efficit ut albedo perire inque ejus locum alij colores possint succedere. Eoque rectè dixeris album omne quid per se compositum esse ex albedine actuali & tali materia. Circa integra corpora tamen magis hoc perspicuum est. Vnumquodque enim corpus naturale constat ex actuali essentiâ suâ, sive formâ substanciali, & materia sive potentiali entitate ejusmodi, quâ deductâ in actu ipso occidit, nondum autem deductâ facit eam corruptibilem & aptam ut inde alia queant generari.

XXI. Ex his vero liquet haud obscure, quid de distinctione & unitate materiaæ illius & formæ sit dicendum. Non differunt scilicet ut res duæ ita à se invicem distinctione

stinctæ, ut altera sine altera esse possit: differunt tamen omnino multum, utpote quum alterum sit potentia alterum actu. Et vero sine exemplo alio est tota hæc compositionis & differentiæ ratio. Sed & qualis sit distinctio illa aut quibus exprimenda vocibus haud facile liquet. Cujus causa est quod vocum significaciones, illarum quibus distinctiones exprimendæ sunt, valde turbaverint Thomæ & Scoti discipuli, penes quos jam diu fuerunt scholæ philosophicæ. Aristotelem alias audiemus affirmantem, non differre in composito aliter materiam atque formam quam λόγον aut τὸ εἶδος. Solet autem ille his vocibus ferè denotare distinctionem illam, quam Scoti sectatores formalem ex natura rei appellavit. Ut differant τὸ εἶδος & λόγον quæcunq; non numero, ceu duæ res actuales, sed definitione differunt. Iam verò omnino concedendum est talem distinctionem superesse materiæ & formæ in re generatâ. Sunt nempe in qualibet re genitâ inquantum est talis, duo, quæ diversis definitionibus exprimi possunt, et si non sint duo numero, actu diversa aut separata. Eapropter compositio materiæ & formæ non est compositio duorum, realiter aliorum modo distinctorum; sed est compositio quâ minor alia aut similis alia non datur, ex actuali scilicet & potentiali entitate rerum ejusdem generis. Hæc sane est ultima ratio componendi: quod & Alessandro & Themistio, & Simplicio, & Averroï fuisse observatum alibi nos annotavimus. Cujus natura negliget cum sit à plerisque Latinæ philosophantium scholæ, non est mirum multos errores de materia atque forma & naturâ essendi esse natos.

XXII. Ad hunc modum sese habet formæ omnis cum materia compositio. Loquimur autem de formis illis quæ productæ sunt, & de illa materia ex qua sunt produ-

cæ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



Et & in quam vicissim abeunt per corruptionem. Neque vero ignoramus formarum vocem solere etiam amplius extendi & quidem interdum usq; ad illas quas assistentes nuncupant, materiæ quoque nomine nonnunquam eti perperam, subiectum *in quo* usurpari. Igitur neq; ex doctrinâ nostrâ id colligendum est, quasi intellectum humânum à corpore separari non posse arbitremur. Neq; enim nasci illum ex corpore profitemur, aut partis cuiusdam corporis nostri ejusmodi aliquam ἐντέχειν esse qualis potentia videndi est oculo: utpote quum hæc etiam Aristotele auctore non aliter sit ab oculo distincta atque figura Mercurij à cereo Mercurio. Observandum nimurum est animæ potentiarumq; animæ vocabula haud paulo aliter accipi ab Aristotele atq; vulgo fieri assolet. Vulgo enim intelligitur non nisi vis incompleta, primaria tamen, functionum vita: Aristoteli vero anima significat plenum principium omnium operationum quas vivens aliquod corpus exercet, singulæ item facultates sunt principia omni ex parte absoluta suorum functionum. Hinc adeo audacter ille pronunciat, quæ operationes corporis organici beneficio exercentur, illarum principium facultatemque animæ impossibile esse ut à corpore seorsim existat. Perinde atque tu dixeris, perfectam potentiam navigandi non posse esse circa navigium: cum tamen imperfecta & quidem potissima virtus hæreat in nauclero, qui utique extra navigium & potest & solet esse perfruenter.

F I N I S.

ADDEN-



A D D E N D A


C.3.a.1.14. tamen est. Alibi accuratius quid de utroque
libello sentiendum exponimus.

I. 1. b. 1.2. pugn. Sic & illa qua initio statim leguntur:
πείσθαι τούτοις οὐκέτι εἰπεῖν καὶ συμβάνει τῷ πρώτῳ τούτης μεθόδοις,
αὐτὸν δέχεται ἡ φύσις, ἀλλὰ τὸ τέλος γνωσθεῖν: non
uti fit vulgo sed hunc in modum Latine vertenda fuit: quoniam
inqualibet methodo cognitio & sententia coram, quorum sunt principia
aut cause aut elementa, consistit in horum cognitione. nec enim
illud ὡς ad præcedens usus est referendum. Similiter com-
mate 3. τὰ συγκεχυτά opponuntur principijs & elementis:
hæc vero nota fieri dicitur dicimus τὰτα i. e. ijs qua compo-
sita dividunt.

I.2.b.1.17. tam *Physico*. Physici igitur esse agere de principijs corpora naturalia constituentibus, nullum dubium est. Liquet vero etiam primò omnium, antequam cause affectionesque eorum indagentur, de principijs illis agendum esse. Forte tamen quis putet, initio omnium potius de principijs re naturales cognoscendi esse tractandum; adeoque definitiones, axiomata, & si quid aliud est principiorum, quorum in naturali philosophia etsi usus, ante omnia esse recensenda in mathematicorum morem. Verum enim vero docere quibus principijs nitatur hæc philosophia, atque unde illa sint sumenda, non est ipsiusmet hujus philosophiae sed ejus περιπτωσία: itaque & à nobis alibi hoc omne est expeditum. Bene vero Aristotleς: *ἀποτελεῖσθαι τὴν φύσιν τὸν τοπικὸν τὸν τοπικόν*. Omnia vero principia omnesque definitiones quibus uti datur in tota disciplina naturali, in unum intuitum adferre non licet, propter ingentem principiorum multitudinem, quodque eorum pars magna adhuc lateat. Hoc censu quippe continetur universa historia naturalis, adeoque omnia quod dicunt & experientia de rerum natura habemus, comprehendunt. Frustra etiam fuerit iste labor, quum plurima licet demonstrare de rebus naturalibus in communi, et si omnia prin-

S cipia

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



cipia hand habeas cognita. Ea sane de causa neque Euclides
initio elementorum omnia mathematica principia præmitit,
sed singulis libris illa^{rum} quorum præcipue ibi usus est. Porro
& illa, quibus utimur in doctrina hac de principijs constituti-
vis rerum naturalium, pervaria sunt & magnam partem omni-
bus nota: itaque satis quoque fuerit modò ipsi doctrinæ ju-
sto loco commisceantur. Neque vero ad scientiam accuratè
decandam opus est ut seorsim principia toti doctrinæ præ-
mittantur, tantum si adhibeas in demonstrando & ex ijs le-
gitima fiat demonstratio.


I. 3. a. I. 29. *Professi sunt.* Figuras certe ut & molem atomorum Democritus creditit nullam subire mutationem, nisi ratione situs: quomodo ex Z fit N: aut ordinis; sicut ex syllaba AB fit B. Ex figurarum denum alia atq; alia ratione existimavit nasci quicquid est reliquum omnis generis affectionum.

N. I. a. I. 2. 5. *Ægues. cap. x. 1. 4. metcoror. metallica appellatæ*
argentum stannum. Ηναὶ τὸ τάττεν γένετο εἴκοσι τέλευται.

N. 4. b. l. 14. *valde* sunt *ambigua*. Ad ultimum, quædam naturaliter fieri ex nihilo probant nonnulli exemplo specierum, intelligibilium, quæ ex nullâ materia fiant, & tamen sunt quam ante non existerent in animâ.


P. 2. b. l. 37. p. 11. illustratis. Vlimum quod attinet de speciebus intelligibilibus, illas ex nihilo produci nullo potest argumento probari. Nec Aristoteles id est consentaneum philosophia. Etenim Aristoteles intellectum patientem, qui est potentia id quod intelligitur adeoq; Species intelligibiles, diserte docet l.3. de *Anima* t.17. materiaz naturam participare. Quem imitatus Alexander recte profiteretur, intellectum illum respondere quodammodo materiaz primaz rerum corporearum. Scilicet ille intellectus patiens pro materia est intelligibilis speciebus, ita ut ex ejus intima essentia producantur per transmutationem. Neque vero species affixæ sunt intellectui illi, sed ex ejus intima potestate resultant. Quapropter Aristoteles intellectum patientem assimilat non chartæ, cui litera atramento quasi allinuntur, sed *zgapua*, *ziv* sive pugillari cerco, cui inducuntur literæ per graphium. Quod hujus, luci non est pro dignitate exponere.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



HERMANNI CONRINGII
DE
ORIGINE FORMARVM
Secundum Aristotelem
D I S P V T A T I O
Publice habita vi Iulij
Lugduni Batavorum
c. l. c. xxx.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



THESIS I.



Ormæ, vel (quod idem est) rerum essentiaæ, aut omnes semper actu sunt, aut omnes semper sunt potentiaæ, aut omnes interdum sunt actu interdum potentiaæ. Sed si omnes semper actu forent aut potentiaæ, nulla esset generatio: est enim illa progressio quædam à potentiaæ ente ad actu ens. Aliquas vero reperi quæ semper actu sunt (quod intelligentijs tribuit Aristoteles) jam in confessio penes omnes est: hinc & antiquas interdum actu esse interdum potentiaæ, naturales nempe. Quare hoc quidem hypotheseos loco esto.

II. At quum actu & potentia esse multis modis dicatur, videamus qualis sit potentia illa, in qua forme aut essentia æternum naturalium sunt antequam actu existunt. Hoc enim illud est in quo omnes sere impingunt. Dicimus autem vulgo potentia esse & quæ omnino actu nihil sunt: & quæ ita se habent ut Mercurius in trunco: & quæ ut Geometra vel dormiens vel vigilans aliquis sese habet rescedit eisdem actu jam se membra contemplantis.

III. Qui itaque primo philosophati sunt naturæ observationibus innixi, omnes unanimi crediderunt consensu, nihil quidquam per se esse nisi nihilo sicut atque in nihilum resolvit. Vnde, si formarum natura illos hanc latuissim, dubio procul interrogati respondisseat, etiam antequam producuntur in actu formæ, eas quodammodo præexistere, atque adeo cum in potentia sunt non penitus nihil esse.

IV. Ex sequioris ævi viris unus quod sciam Ioannes Philoponus diserte adfirmare ausus est, in generatione compositi è nihilo formas incipere, & cum interitu compositi etiam has penitus in nihilum recidere. Sed rationes quas adfert cùm. adversus Proclum conscripto, tum apud Simplicium g. Phyl. inanes planè sunt, & satis arguant à Grammatico quodam doctore potius quam à Philosopho sese profectas esse. Nos impræsentiarum quidem ratum id volumus esse atque constitutum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



stitutum. Neque ex nihilo quid generari; neque in nihilum quidquam
intervenit.

V. Recettiorum autem Philosophorum pars maxima, tametsi ore nobiscum idem profiteatur, negat tamen quidquam omnino entitatis habere formas ante compositi generationem. Hinc acriter inveniuntur in Albertum, Aureolum, Bacchonem & alios, qui aliquid entitatis precedere formarum productionem arbitrati sunt. Sed illi omnes irrito contradictione se se liberare nituntur.

VI. Tentant vero hoc aliis atque alijs modis. Alij enim dicunt, non formam sed compositum generari: alijs, formam in subiecto fieri: alijs, formam educide potentiam materiæ: alijs, formans fieri dependenter a subiecto: alijs, fieri dependenter a subiecto habentes naturalem potentiam ad formam: alijs, denique, fieri formas eadem actione quam fit compositum ex materia precedente, quæ non sit. Verum hæc quidem omnia de nihil illos juvant, & varijs sunt involuta tricis, quæ rem obscurant potius quam illustrant.

VII. Et verò quod in aliquibus quidem naturalibus rebus aliquid entitatis formalis antecedat generationem, velsensum constat testimonio Figuram enim Mercurij aliquâ sui parte adfuisse in cerâ, etiam oculis videmus. Paratio est de figura domus qua lapidum congestione perficitur. Imo de omnibus omnino figuris manifestum est, præcessisse illarum ortum interminatam aliquam quantitatem. Ut hoc solo exemplo licet contentum esse.

VIII. Perperam præterea omnes illi materiæ naturam mente concipiunt, quasi illa nihil aliud sit quam receptaculum aliquod subiectum formarum, arque ita compositi pars altera essentialis. At prisci sapientes omnes hunc unicum in finem principium aliquod rerum materiale videntur agnoscere, ne fateri cogerentur, quidpiam è nihilo fieri & in nihilum resolvi. Vnde materia illis est primum principium ex quo res est, & uigilam eadem corrupta abit. Sicut ad statuam a.s. ad domum lapides & ligna se se habent. Quod autem non significatur ad eum modum ut ex arte statua, id ex nihilo fieri omnes arbitrati sunt.



IX. Impossibile ergo est ut forma ex nihilo non fiat aut
an nihilum non abeat, si dum sit terminus a quo, aut dum
interit terminus ad quem, plane nihil est. Quod quum vide-
ret Thomas, maluit negare formam fieri. Sed illa sententia adeo
absurda est ut quam paucissimos, etiam iater amicos, defen-
sores invenierit. Omnibus enim notum est, cum quicquid a
non ente ad ens abit vere fieri, tum formas ad hunc modum
producit. Neque ulla bī afferuit Aristoteles, quem Thomas
testem sententia laudat, formas simpliciter non fieri: sed, aut
formas universales non fieri, aut, formas particulares non
per se solas fieri a materia abjunctione docuit: particulares enim
illæ in materia fieri.

X. Eapropter nec Alexandro adsentimur (quem nos
Aphrodizium esse scimus, quicquid dicat Patricius) l.7. Metaph.
com. 17. & alibi passim afferenti, formas dum sunt in materia,
non originatione aliquā: sed quam idem dixisset in Physi-
cis commentarijs, recte illum à Simplicio i. Phys. com. 7. reprehendit
esse credimus. Nam quæ adducit argumenta opinionis
suz, si vera essent, etiam ipsam substantię compositę gene-
rationem tollerent. Pater autem hinc, Thoma quidem re-
sponsionem non sufficere illi contradictioni exsolvens.

XI. Sed neq; id quod forma in subjecto generetur, efficit ne
illa ex nihilo fiat. Non enim sicut a nihilum est negatio ma-
teria, ita a subjectum in quo est ipsa materia. Nam canis in
pariete depicti materia non est ipse paries, licet illius subje-
ctum sit in quo subsistit. Quid, quod ipsi illi qui hoc præte-
xant animam humanam & divinæ gratiæ dona creari h.e. fieri
ex nihilo, faceantur in subjectis?

XII. Nescio porrò quomodo dicere nonnulli audeant,
formas educi de materia potentia, & tamen easdem cum ab illa poten-
tia re differe, tum ante generationem nihil esse. Sed prius quidem
ex Aristotele didicerant, posteriora vero quæ addunt priori
è diametro sunt contraria. Est enim de formalib; eorum quæ
alicunde possunt educi ratione, præexistere re ipsa quo-
dammodo in eo, ex quo educi debent. Quare nisi vocabu-
lis ludere velint, affirmandum illis venit, introduci potius in
materia

materiam formas quam ex illa educi. Nam materia potentia ex illorum mente pure receptiva est. Sed ita non magis solvent objectionem, quam qui formas in subiecto fieri asseverant.


XIII. Parimodo formae ex nihilo fieri possunt, quod alij praetextunt, ita tamen ut dependeant a subiecto in quo fiunt. Nam anima quidem rationalis quoad operari a corpore quodammodo dependet & tamen ex nihilo est creata: forme autem ecolorum vel intelligentiarum & Gratia dona fatentibus ipsis sine subiectis esse nequeunt cum quibus creatarum sunt. Nimirum simpliciter loquendo quod non est subiecto sed in subiecto unduntaxat factum est, id ipsum est ex nihilo est, ut supra diximus. Sive igitur facta sit forma aliqua ut non dependeat a subiecto, sive ut ab eo dependeat, nihil id facit ad ejus creationem tollendam. Quin imo ne omne quidem subiectum a quo dependet forma aliqua, materia est: pictura enim pereunt destruunt pariete, adeoque a pariete dependent quadammodo in esse & fieri: non tamen pares est materia pictura.

XIV. Inde vero liquet etiam hoc; ne quidem ad rem facere, sive subiecto naturalis adsit potentia ad formam, sive non adsit. Omnis enim illa potentia qua de loquuntur isti qui hoc causantur mere receptiva est. In receptiva autem potentia etiam creari quid potest. Accedit quod etiam illa est materia fiant que non sunt in naturali materia potentia: ut omnia artificialia. Ut vel hinc fiat manifestum, naturalem potentiam receptivam non exprimere materias essentiam.

XV. Illud quoque manifestum est, posse quid fieri eadens actione quam sit compositum, & tamen ex nihilo fieri, contra quam placet ultimis illis quos adduximus in medium. Ita enim quum anima rationalis in corpore creatur simul etiam hominem producitur. Contra qui parietem picturis exornat, compositum quasi facit ex picturis & pariete, non tamen componit quidquam tanquam ex materia & forma.

XVI. Notandum porro, omnes illos quum statuant fieri formas est materia praecedente, & tam a materia realiter differt, absurde admodum loqui fieri enim ex aliis, tripliciter accipitur.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



pitur, monente Philosopho e. s. l. 2. *Metaph.* 1. ut sit idem ac post aliiquid: 2. tanquam ex aliquo quod perficitur, ut ex puerorū: 3. ut ex aliquo corrupto, quomodo ex aqua aer fit. Prior modus huc non facit. At neque secundum illos doctores dici potest formam ē materia fieri secunda acceptio: esset enim materia quadam tenus pars formæ ut docetur s. *Metaph.* c. 24. Neque sit forma ex materia tanquam corrupto aliquo, uti satis manifestum est. Positā ergo illorum sententiā de distinctione reali inter materiam & formam, non datur aliquis modus quo formæ ex materia fieri possint.

XVII. Vnde concludere licet. Formas ante generationem haud nihil esse. Dabitur tamen: eo enim posito omnis generatio vera eripi nobis videtur, quippe quæ progressio est à non ente ad ens. Si formæ enim ante generationem non sunt nihil, jam fuerint entia, adeoque generatio non fuerit processio à non-ente, sed ab ente ad ens. Amplius, si forma ante generationem existit, atq; adeo jam forma aliqua est: quod iterum generationem ē rerum naturā auferit.

XVIII. Verum enim vero etiam nos credimus, formas ex non ente fieri, sed per accidentem: per se autem sunt ex ente potentiali præcedente generationem, quod adjonctam habet privationem seu non entitatem. Itaque salva est generationis natura: quippe quum non sit de generationis essentia ut terminus à quo sit purum non ens; sed si quod præcedit quadam tenus sit non ens satis est. Porro eti si quodammodo ante generationem forma, non tamen actus est, potest enim potentia esse. Falluntur enim dum sibi persuadent quæ potentia sunt nihil esse. & quæcunque non sunt nihil actus esse. Certe actus ille quem entitativum appellant omni est ignotus antiquitati. Quare non possunt non sapissimè in veterum interpretatione hallucinari, dum vocabula Actus & Potentia longe diversissimè ab illorum mente accipiunt.

XIX. Primi itaque sapientes Greci, illa quæ nihil sunt nullo modo in potentia esse, sed planè impossibilia crediderunt. Erat enim hæc vox, unanimis, experimentis naturæ ubnixa, ē nihilo nil fieri. Quare illa quidem r̄potentie acceptio,

qua

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



qua etiam nihil in potentia esse dicitur, in illorum scriptis
haud exstat. Non enim verum est quod tradunt vulgo plati-
que, significationem hanc vocis potentiae includi ab Aristotele, sub ea que per metaphoram ita dicitur. Possibile
enim proprium est quod in actu deduci potest, sed quod
nihil est, ex Aristotelis sententia nequit actu esse. Nos quicquid
hujus est revelatione divinæ debemus.

XX. Omne ergo quod in potentia esse dicitur Philosophis non est nihil, nec tamen simpliciter ens aliquod est, sed ens in potentia. Sicut enim esse, ita & ens quod ab esse descendit, dicitur. esse autem simpliciter est existere actu. Sed quid sit illud ens in potentia, explicatu per difficile est. Nam Parmenides quidem, Melissus & Zeno illud ignorabant, ut ex Phys. constat, ideoque tollebat è medio omnem generationem: & re vera non esse & ens simpliciter de eo dicitur quod actu est: que autem potentia sunt illa non nisi quodammodo & sunt & entia sunt.

XXI. At docuit nos Alexander f. g. Metaph. com. 6. motuum fines Aristotelis proprie *τέλος* dici. Themistius *τέλος* interpretatur habitum perfectionis, Simplicius essentiam in perfectione positam. Actu ergo vel *τέλος* esse est in perfecto statu consistere: & *τέλος* esse est carere debita perfectione.


XXII. Quoniam autem rerum quarum est operatio aliqua, bonitas & perfectio in actione est sita, patet hinc actionem ipsum summum esse bonum, atque adeo *τέλος* seu actuum rerum ultimum. In potentia ergo est quicquid non operatur, & principium ipsum operationis, quatenus operationem spectat, potentia quædam est. Idem tamen actionis principium simul *τέλος* est, & quidem prima: quia primus perfectionis gradus est posse munus suum exercere. Tunc demum itaque res actu est quum opus suum, si quod est, valet efficere: quamdiu id nequit, in potentia est. Quid actu ergo & potentia esse sit veteribus, breviter explicatum est.

XXIII. Nosigitur illorum vestigijs insistentes, formas ante generationem quidem potentia esse, & in statu quodam imperfetto consistere, ac post generationem actu & perfectas esse profitemur. Tunc ergo forma omnis vere existit, & formam

T

agit

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



agit, quum actu & actus est; ante autem potentia ens est, actu vero non ens, non per se tamen, sed per accidentis: quomodo loqui amar Philosophus.

XXIV. Quoniam autem quicquid potentia est id omne in suis causis existit, consequens est etiam entitate illam potentialem formarum vel in materiali vel in efficiente causa locum suum obtinere. Quidam recentiorum in una efficiente eam collocant, quam Fernelius quidem cœlum esse statuit, Scaliger autem & qui illum sequuntur modò cœlum modò rem aliquam inferiorem.

XXV. Frustra autem nituntur illi in suas partes trahere & Platonem & Aristotelem. Nam, ut de Aristotele nunc taceamus, Plato certe formas omnes generabiles ex materiâ condit, sicut ex Timo*e*o constat, idzas autem solûm ut exemplares, & (si aliquibus, inter quos est & Aristoteles *l.2. de gen. 52.* credimus) ut efficientes causas agnoscit. Idem sensit Themistius; à quo creationem agnitam esse, falso tradit Averroës *l. Metaph. 1. 18.* Eadem quoq; fortasse fuit sententia Avicenna, ejusq; magistri Abumeronis Alpharabij. Nemo autem veterum vel cum Scaligero vel cum Fernelio fecit, si Democritum eiusq; sectatores Epicureos excipias, qui de nonnullarum rerum generationibus paria ferè cum Scaligero videntur sensisse.

XXVI. S. dili Jane nimium quantum aberrant à veritate, etiam oculari rerum evidentiæ repugnare haud veriti. Vtique enim qui Mercurium conficit non aliquid sui ligno largitur, sed quod potentia inerat ligno facit ut in eo actu existat. Quintino omnis artifex formas quas effingit de materiâ suâ de promitt. Ita & qui aquam concrescere facit in glaciem, aut glaciem dissolvit, is neque liquiditatem, neque duritatem aliunde in aquam invehit. Pari modo ex raro denfum fit, & ex denfatum, intrinsecâ tantum materiâ mutatione.

XXVII. Potro formæ quas largitur materiæ causa efficiens, aut jam per se existunt in illa, aut insunt potentia tanquam partes ejus separabiles. Prius, quod Fernelius asserere videtur, & veram formarum generationem collit, & omnes formas sine corporib; suis existere posse tacite adsumat. At quorum-

cunque

enque principiorum (ait Aristoteles 2. de gen. animal. c. 3.) actio
est corpora, illa sine corpore existere impossibile est.

XXVIII. Non etiam posterius cum Scaligero dicendum; nihil enim nisi a causa univoca fieret. Quod etiam ipse nobis-
cum pro longe absurdissimo habet. Et vero tametsi Fortunius
Licetus opere de monstris alibig, equivocam, quam appellant,
generationem è medio tollere conatus sit, non præstut tamen
ut sensum iudicium ratione suis submittamus. Sanè non
Aristoteli venit in mentem, ut cum Liceto sentiret. Planè enim
aliud statuit ipso etiam l. 7. Metaph. ne quid dicam de l. 1. de gen. c. 5.

XXIX. Vleetus: Forma quæ introducitur, aut cum materia
advenit & aliqua quantitate, aut incorpora est & non quantæ.
Posterius ipsius non nisi de anima rationali solent adhucare.
At antecedens vel corporum mutuam generationem admittit,
vel negat, res ab omni parte transmutari posse, formamque
per integrum corpus diffundi. Quæ tamen omnia propugna-
vit ipse Scaliger.

XXX. Quid, quod plerasque formas non solum cum ali-
qua materia esse sufficiat, sed illæ absolute nequeant consistere
sine materia quam informant. Nam gravitatem & levitatem,
aut albedinem vel nigredinem sine proprijs subjectis quæ in-
formant, subsistere, vel dictu absurdum est.

XXXI. Præterea si vera esset Scaligeri sententia, agens agen-
do se se destrueret, atq; ita jam dudum Sol (ut hoc exemplo
dunatax utamur) periret. Imò aliquid in semetipsum ageret,
sequebidi dividere. Nulla etiam forma postea corrumpi; quod etsi
admittrat Scaliger ad l. 1. de Plantis, per tamen est absurdum.

XXXII. Accedit, quod Scaliger formarum educationem
ex materia, quam oppugnat, reapse per incogitantiam, ad-
struat. Si enim anima catelli sit per divisionem animæ paternæ,
erit ipsa anima canis patris quodammodo materia animæ ca-
telli. Quod enim potentia divisibilis est & actu indivisum id in
genero materialis cause est, respectu partium. Quām procul
itaque ab ludat à vero Scaliger, hinc liquet.

XXXIII. Fernelius autem etiam illo gravius errat, omnē gene-
randi & propagandi virtutē sublunaribus rebus adimens, uniq;
cōlo nescio quid non potestatis, longis declamationibus ad-



scribere hanc veritatem. Sed ille alibi est castigandus: nobis hic sufficit monuisse, & hunc & Scaligerum vulgari vitio arbitratum esse, materia rationem absolvit receptiva formarum potentiam, cuius pronunciati falsitas mox conspiciatur.

XXXIV. Ex hisce igitur manifestum est. Formas generandas non efficient, sed materiali causa ~~sive~~ inesse. Non tamen adscrimus, illas in materia prima, ut in strato quodam a formis illis potentialibus re distincto, subsistere: quod Alberto alisque multis placuit, & suse demonstrare nuntiatur Ioannes Baccho *L.2. sent. dist. 18. ac Quodlib. 1. quest. 6.* Nam etiam haec opinio magnum errorum cumulum post se trahit.

XXXV. Primum enim tota quasi innitur vulgari de materia naturae persuasiōni, quod illa nudum formarum receptaculum sit, atque ita formae propriæ loquendo, potius in ea quam ex illa generentur. Verum enim vero Subjectum formae aut est genuinum principium materiale formae, aut non. Posterior neque verum, neque Peripateticum, neq: ab ipsis forte illis auctoribus est assertum.

XXXVI. Nam si forma materiali principio destituitur, ergo progenitor ex nihilo, & non dependet a subjecto suo ut a causa aliqua. Preterea vulgare Lycei effatum est: materiam potentiam totum compositum esse: & Theophrastus *2. Metaph.* disserit ait, materiam potestate sua formas continere: at illa essent falsissima.

XXXVII. Quod si vero subjectum illud est materia formae, utiq: forma ex subjecto sit, & a subjecto non est re ipsa separata. Omnes sane prisci materia nomine principium aliquod ex quo res pronascitur, intellexerunt. Aristoteli autem materia definitur, ex quo inexistente res non per accidens generatur. Si autem inexistit materia rei generatae, non erit certe quidquam a forma penitus realiter separatum. Et ut supra etiam diximus, partes respectu picturæ, & anima donorum Gratia est subjectum quod appellant in quo; quorum nentrum tamen materiae est loco. Ut satis appareat subjectum in quo non esse materiam.

XXXVIII. Porro quia ita de materia loquuntur, necessario quatuor naturalium rerum principia & causas quinque debent admit-



admittere. Illud enim quod potentia forma est utique principium rei est; at hoc secundum illos distinctum est à subiecto in quo, formā, & privatione. Atq; ita duo sunt principia passiva, non formaliter solum sed etiam reale diversa. Quod quidem principium Bacchoni erit forma potentialis realis, vulgo autem nihil illud quod potentia forma est.

XXXIX. Aristoteles præterea existentiam materiæ & naturam ejus individuam formæ refert acceptam. Hoc enim est quod toties affirmat, materiam non esse actum, aut ~~actus~~, aut ~~re~~, ut explicat Alexander. Contra illi propriam individuamq; existentiam materiæ coguntur tribuere. Nam existentia est aliquid rei, intrinsecum, principium autem rei internum foris esse nequit: adeoq; forma existentiam materiæ non largitur. Quod autem per se existit, id per se etiam individuum & ~~re~~, n quid est. Vnde obiter licet colligere, minus sibi Thomā constare quam Scotum, dum cum Aristotele quidem de existentia materia rei loquitur, & tamen eandem re à formis differre proficitur.

XL. Ulterius, quum triplex sit componendi ratio, testis Alexandro l. 1. de an cap. 2. & Themistio l. 2. de an c. 3. ultima & minima compositio ex actu & potentia fit, estq; eadem materiæ & formæ, qua ex Aristotelis sententiâ non nisi ~~l~~ differunt & ~~l~~ ~~l~~. Proxima enim materia cum forma idem quid est: ut cum Aristotele dicebat Alexander. Contra vero alijs compositio materiæ & formæ est conjunctio duarum scorsim existentium rerum, quod passim expludit Averroës.

XLI. Non possunt præterea illi ostendere, quod omne generatum debeat esse compositum ex materiâ & forma: immo si illorū de materia sequimur sententiam, planè creditu id absurdum est. Et tamen Theophrastus id olim tantum non per se notam esse pronunciavit. Absurdū, inquam, est, rem quæ in aliquo subiecto generatur cū eodē illo statim in unā naturā coalescere.

XLII. Quid, quod & ipsius materia probatio illis perierit? Nam Aristot. & prisci omnes materiam dari ex eo demonstrant, quia in omni mutatione ponendū est aliquid subiectū ~~modus~~, & quidem in rerum generatione ejusmodi aliquod unde potest

T 3 fici



fieri compositum. At id ex quo sunt formæ, satente Bacchone, non est materia; vulgo autem illud nihilum quid esse creditur.

XLIII. Vnde liquet, erroniam & ab antiquorum mente plurimum remotam esse vulgarē de natura materiæ opinione. Neque enim nos fallit, quod & prisci materiali subjecti nomine appellariint: est enim vox illa *τοινόν*, latiusque se extendit quam materiæ vocabulum, ut recte ajebat Alexander. Materia enim uno duntaxat modo dicitur subjectum: quatenus nimirum inhæret forma materiæ permanenti.

XLIV. Sed exerceamus nos porro cum Bacchone, quoniam sine omni necessitate novū entū genus nobis obtrudit. Quād inauditus verò est, præter materiali dari aliud aliquod generationis subjectum? quod ille persuadere conatur. Imo verò ita quatuor fuertin naturalium rerum principia, & causas quinq; ut jam supra diximus.

XLV. Porro aut eadem formæ sapè in lucem redeunt semel interemptæ, aut semel tantum singula emergunt. Prius admittit Pythagoricam μετεύχων, quam ipse Bacchō rideat. Si autem posterius verum est, erit aliquid in rerū natura frustraneum. Quod enim nunquam munere suo fungi amplius potest, frustra est: at formas intermortuas nunquam post materiis suis jungi, jam est concessum.

XLVI. Porro si (quod Aristoteli placuit) mundus est aeternus, actu infinitæ exstant formæ & jam genitæ & adhuc generandæ. Neque enim concipere animo licet, quasi forma potentialis qualibet habeat sese ad initia continui quod in partes multas distinguitur, & vicissim in unam coit naturam. Sic enim omnes formæ illæ actu quante essent: atque adeò nihil invenirentur potentiam quantum & actu non quaneum, quod tamen in rerum naturâ dari, satis arguit rari & densi conditio.

XLVII. Quid quod, negatā etiam infinitâ mundi aeternitate, ex illa tamen opinione, actu infinitum dari, licet erin cere? Nam farentur illi, formam quamlibet possibilem quoad essentiam suam actu esse in materia; habet ergo qualibet illarum formarum unitatem numeralem. At in qualibet corpore sunt infinitæ potentia partes; sunt itaque & actu infinitæ formæ numero distinctæ.

XLVIII. Ad



XLVIII. Ad hoc cogitur idem Baccho contra Averroëm suum & Aristotelem affirmare, omnem generationem esse congregationem rerum separatarum. Quomodo verò formæ naturales sine proximo subjecto subsistere poterunt, quod ille vult, si ne quidem definiri ab alioque materiæ proxima mentione possint? Certe habent se illæ ut limitas; prout rectè docuit Aristoteles.

XLIX. Quare longe verisimilior est Anaxagoræ ~~anaxagoræ~~, quam hæc Bacchonis formarum latitatio. Nam Anaxagoras rerū infinitatem admittebat, & ~~anaxagoræ~~ suam ipsam materiæ esse volebat, & formas quæcumque collocabat in proxima materia. Imò Bacchonis opinio simius est Platonico de ideis delirio: ut non difficile sit omnem Aristotelicatum contra ideas disputationem molem, huc derivare. Sed falsitas illius sententia ex paucis hisce fatis clara est.

L. Quoniam verò formarum potentialis entitas neq; nihil est, neq; quid in causâ agente subsistens, sed materiale quid non tamē à materia separatum, licet tandem concludere, quod sit ipsum materiæ. Quæ sententia omni placuit antiquati, ut facile ostendi posset si id res ferret. Sapissime sane eam inculcat Averroës; & inter Latinos magistros Scholasticos operose defendit Petrus Aurelius 1.2. sent. 12. & 13.

LII. Et certè veritas ejus cumque Peripatetica veteri philosophia consensio vel inde claret, quod ita omnes Aristotelis de materiæ natura obscuriores assertiones valde reddantur perspicue. Iam enim facile intellectu est, quomodo materia sit principium ex quo & potentia ens, quomodo ejus esse sit potentia, quomodo existentiam suam & ut sit ~~est~~ in formæ debeat. Nimirum id quod est, exempli gratia, potentia statua, non est actu statua; sed essentia ejus consistit in eo quod possit esse statua; ut autem vere sit statua ditoque monstrari possit hoc à forma sive figura habet.

LIII. Sic etiam forma est perfectione materiæ, & materia nunquam existit separata aut sine forma aliqua. Actus scilicet statua figura est, & nunquam lignum est sine aliqua figura. Ex ligno etiam ut inexistente sit statua per figuram, & cum figura



gura illa perit simul etiam statua perit, at perit in ipso ligno.

L III. Hinc porro pater, quia forma per se sola non possit generari: omne nimirum quod sit ex aliquo inexistente oritur, ubi vero res jam genita est retinet nihilominus multum potentialitatis ratione cuius mutationi est obnoxium.

L IV. Porro non est querenda in composito alia materia praeter eam quam nos dedimus. Nullam enim aliam materiam licet ratiocinando invenire. Nam omnis mutatio interna secundum differentias & formas fit: materia autem per solam mutationem investigari potest. Frustra sane multi etiam alijs argumentis uti solent, ut vel materia prima vel celestis naturam ostendant. Perpetua certè Aristotelis sententia est, solum illa qua mutationem subeunt, & quatenus eam subeunt, materia constare: atque ita qua duxit at loco moventur, non nisi loco mobilem materiam obtinere.

L V. Sed quid sit entitas formarum potentialis, clarius paulò ex analogia artificialium rerum colligitur; quo exemplo & Aristoteles materia naturam exponit. Nam quod est ex informe ad sphæram ænam, & lignum ad lectum, id forma potentialis quilibet est. Est autem ex materia statua non simpliciter sed quatenus in eo interminata aliquā quantitas esse concipitur, licet actu nunquam planè interminata sit. Itaque ut quantitas interminata materia est figurarum: consimili ratione aliquid potentia calidum & frigidum materia est caloris frigorisque. Par ratio est aliorum.

L VI. Vbi mirari subit, quare plarique Latinæ philosophantium scholæ formas artificiales numero formarum exigunt: cum Aristoteles & interpres ejus Graci, sermone de formis injecto, haut facilè alias in exemplum adducant: imo figura alicujus statua illis sit forma statua substantialis. Pari vero absurditate negant sijdem, formas substantiales sensibus percipi: contra veterum perspicua asserta, quibus congeries sensibilium qualitatum est pro forma substantiali elementorum aliorumq; corporum anima carentium. Non mirum sane est latere illos formarum naturam, cum quibus illæ investigantur vias ferè omnes ipsi sibi præcluserint.

L VII. Sed

LVII. Sed dubitet quis fortasse de ijs quæ diximus. Videlur enim, admisso hoc dogmate, 1. principia ex se mutuari: 2. nullam formam forinsecus materiæ insinuari, adeoq; animam rationalem non esse formam hominis: 3. quod generatum est simplex potius quam compositum esse: 4. materiam quoad esse suum potentiale corrupti: 5. denique eandem numero formam post interitum naturæ viribus sepius redire.

LVIII. Veruimenimverò, ut ad primum primò respondeamus, nunquam fieri ut definitio materiae competat forma, & contraria licet materia in formam commutetur. Adhac non materia quavis sed quæ in re genita manet per se & non per accidens, principium est corporum naturalium. Tantum abest autem ut forma ex hac materia, vel hæc materia ex forma ista possit fieri, ut ex materia ista non nisi plane alia forma prodire possit & quidem cum interitu ejus forma quæ ante actu existeret. Quod secundum attingit, fateamur animam rationalem, & intelligentiam si quæ cælum animat, peculiare formarum genus esse. Quare ex illa anima & corpore fit quidem unum quid ut ex perfectibili & perfectione, non tamen tale unum quale ex materia & formâ aliqua aliâ constituitur.

LIX. Concedimus etiam tertio id quod est generatum esse rem quodammodo simplicem, ita tamen ut simul etiam composita sit. Adeo enim compositionis actus & potentia superstis alicujus. Materialitas nimirum duplex est, alia manet alia in actum deducita est post generationem. Illa quæ in re genitâ superest distincta est ab essentia aut formâ reigenita: adeoq; haec tenus omne corpus compositum est ex illa materialitate & actuali essentia seu formâ. Materialitas autem illa quæ mutata est in actum cum actu illo compositionem nullam facit.

LX. Non corruptitur quanto materia sed perficitur in generatione. Corruptio enim via est in statum deteriore. Quinto deniq;, num eadē numero forma reverti possit vel non possit, nequit decidi quamdiu non constat quid ad unitatem numericam formarum requiratur. Nam si interrupta necesse



sum est adsit successio, (quod Alexander vult apud Philopo-
num l. 2. de gen. com. nlt.) absolute fuerit impossibile idem
numero redire quod interemptum est. Sin vero, etiam natura
sapissime contingit idem numero resurgere. Quare haec quidem
lis forte est *non sequitur*. Id certum est, maiorem unitatem
esse Socratis mortui ac Socratis resurgentis, quam Socrati & Platonis.

EMENDANDA.

A. 4. 1. l. 15. natura ejus scientia. F. 6. lin. 7. finalem &
formalem. F. 2. 6. l. formalem finalēque. G. 4. l. 1. atqui nec
mathem. G. 3. a. l. Stratone H. 4. 6. l. 7. At vero & qui l. 6. l. 28.
scientia ita l. 22. An quādam I. 3. a. l. 14. quādam magna l. 28.
aliquas item qualitates K. 4. a. l. 5. Scaligeri istum M. 3.
a. l. 28. accipere esse in nihilo & non in subiecto N. a. l. 3. sub-
stantijs l. 21. & corruptiones substantiarum quarumdam per
resolutionem O. 3. a. l. 1. Graciz O. 4. 6. l. 30. id ipsum est nihil.
P. a. l. 1. Id quod eodem loco Q. a. l. 2. in cera quadrata l. 3.
ergo cera quadrata figura Q. 3. a. l. 26. illud ex quo l. 28. ex
quo res sit l. 30. gate sit rer. Q. 4. a. l. 24. pariter. S. 6. l. 14. fit. BA.



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale



0 1 2 3 4



© HAB <http://digilib.hab.de/drucke/li-sbd-69-3s/start.htm?image=eb01>

DFG

CATALOGVS TRACTAT.

- Herm. Conringij Autoductio in Artem Mei **XVI.** 94
- de Magnetica Medicina L.
 - Autod. in Natural. Philosoph. e' Naturil. Institutionum Lib. 1. Helm. 1638.
 - De Sanguinis generat. e' motu natural. Opus Helm. 1643.
 - De Calido in frigido s. Agne animali lib. 64.
 - De Antiquitatib. Academicis Divers. sex v. 1651.




48.

Li
Sammelbd
69

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Gray Scale

